CORPVS
SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM
LATINORVM

EDITVM CONSILIO ET IMPENSIS
ACADEMIAE SCIENTIARVM AVSTRIACAE

VOL. LXXXVII

EVGIPPII REGVLA

EDIDERVNT
FERNANDVS VILLEGAS ET
ADALBERTVS DE VOGÜÉ

VINDOBONAE
HOELDER-PICHLER-TEMPSKY
MCMLXXVI

CORPVS SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM LATINORVM

EDITVM CONSILIO ET IMPENSIS
ACADEMIAE SCIENTIARVM AVSTRIACAE

VOL. LXXXVII

EVGIPPII REGVLA

EDIDERVNT
FERNANDUS VILLEGAS ET
ADALBERTVS DE VOGÜÉ

VINDOBONAE
HOELDER-PICHLER-TEMPSKY
MCMLXXVI

EVGIPPII REGVLA

EDIDERVNT
FERNANDVS VILLEGAS ET
ADALBERTVS DE VOGÜÉ

VINDOBONAE
HOELDER-PICHLER-TEMPSKY
MCMLXXVI

OMNIA IVRA RESERVATA
© HÖLDER-PICHLER-TEMPSKY KG., WIEN 1976

ISBN 3-209-00174-x
VINDOBONAE
Ex officina typographica Ernesti Becvar

INDEX

Pag.

Praefatio VII

I. De Eugippio eiusque Regula VII
II. De codice Parisiensi latino 12634 (E) IX
III. De indole, momento ac tempore Regulae XIV
IV. De huius editionis ratione XVII

Capitula cum fontibus XXIII

EUGIPPII REGULA 1

Indices 93
Index auctorum 93
Index scriptorum 95
Index orthographicus 101

PRAEFATIO

I. De Eugippio eiusque Regula

Eugippium abbatem Lucullanensis oppidi prope Neapolim siti tres scripsisse libros nobis compertum est. Quorum unus, teste Cassiodoro[1], praeclarus est ille codex Excerptorum ex operibus sancti Augustini[2], cuius momentum ad dinoscendum genuinum doctoris Hipponensis textum nemo est qui ignoret. Ceteros autem, scilicet Commemoratorium de vita sancti Severini[3] et Regulam monachis consistentibus in monasterio sancti Severini dedicatam, Isidorus Hispalensis memoravit[4]. Sed cum Excerpta Augustiniana Vitaque Severini multis codicibus manuscriptis tradita essent ac pluries typis mandata, Regula monachorum usque ad dies nostros ita delituit, ut ab omnibus litterarum antiquarum peritis pro perdita haberetur.

Novissime vero quibusdam doctis contigit ut eam non aliam esse suspicarentur quam collectionem quandam excerptorum e scriptis monasticis in vetustissimo codice Parisiensi latino 12634 asservatam[5]. Quam coniecturam verisimillimam

---

[1]) Cassiodorus, Inst. 23, 1.

[2]) Ed. P. Knöll, Vindobonae 1885, CSEL VIIII/I.

[3]) Ed. P. Knöll, Vindobonae 1886, CSEL VIIII/II. Vide etiam R. Noll, Eugippius, Das Leben des Heiligen Severin, Berlin 1963.

[4]) Isidorus, De viris illustribus 26, 34. Ad recensionem brevem, hoc est operam Isidori genuinam, pertinet capitulum istud de Eugippio. Vide C. Codoñer Merino, El „De viris illustribus" de S. Isidoro de Sevilla, Estudio y edición crítica, Salamanca 1964 (Theses et Studia Philologica Salmanticensia XII), in cuius editione sub nº XIII recensetur (p. 141).

[5]) Cf. I. Schuster, Storia di San Benedetto e dei suoi tempi[3], Viboldone 1953, p. 293; L. Verheijen, La Règle de saint Augustin, I, Paris 1967, p. 116; A. de Vogüé, Scholies sur la Règle du Maître, in Revue d'Ascétique et de Mystique 44 (1968), p. 134, n. 71.

esse nuper ostendimus ex comparatione collectionis huius Parisiensis cum utroque opere Eugippii certe authentico[6].

Etenim nec paucae nec parvae exstant similitudines inter illam et Excerpta Augustiniana, cum eandem singularem prorsus venerationem erga Augustinum exhibeat, cum eodem modo non a mero excerpto, sed ab opera quadam integra consulto incipiat, cum caritatem fraternam similiter et incipiendo et finiendo extollat, cum denique pari ratione utatur auctor sive in breviandis coniungendisque textibus fontium, sive in inscribendis capitulorum titulis, sive in componenda totius operis serie. Quarum etiam similitudinum nonnullae adeo praecisae ac subtiles inveniuntur, ut vix dubitari possit quin una eademque mens et Excerpta ex operibus Augustini et Excerpta illa Parisiensia formaverit.

A Vita quidem sancti Severini Excerpta Parisiensia iam ipso genere litterario multo longius distant. Nec tamen desunt nexus inter duos libros, cum utrimque vel oratio perpetua specialiter commendetur vel societas vitae communis.

Quibus perpensis, cum maxima probabilitate concludi potest florilegium Parisiense eidem auctori ac Excerpta sancti Augustini Vitamque sancti Severini ascribi debere, Eugippio nempe abbati Lucullanensi. Quem cum, Isidoro teste, Regulam scripsisse monasterio suo noverimus, paene certum est Excerpta nostra hanc esse Regulam. Non enim purum florilegium textuum pristinorum exhibet codex Parisiensis, sed veram ac propriam regulam pro monachis compositam, ut ostendunt mutationes in textibus fontium consulto factae ad aptandum sermonem Patrum observantiae monasticae quae in monasterio illo tunc vi-

---

[6]) A. de Vogüé, La Règle d'Eugippe retrouvée ?, in Revue d'Histoire de la Spiritualité 47 (1971), p. 233—265. Non igitur assentiendum est opinioni Augustini Genestout, qui opus Aridio cuidam a Gregorio Turonensi, Hist. Franc. 10, 29 memorato ascribebat. Vide commentariolum eius Le plus ancien témoin manuscrit de la Règle du Maître, le Parisinus lat. 12634, in Scriptorium 1 (1946—1947), p. 129—142.

gebat[7]. Sed antequam de indole ac tempore Regulae Eugippianae loquamur, pressius inspiciendus est ipse codex Parisiensis, qui hodie huius operis testis exstat unicus.

II. De codice Parisiensi latino 12634 (E)

Non quidem nobis in animo est de modo scribendi atque litteras ornandi, de paginis ac quaternionibus et de ceteris, quae ad codicologiam spectant, in praesenti disputare. Quae cum ante annos viginti ab auctoribus editionis diplomaticae Regulae Magistri optime exposita sint[8], ad eorum commentaria remittendus est lector. Sufficit ut dicamus codicem scriptum esse, ut videtur, in Italia meridionali circa annum Domini sescentesimum[9], hoc est in ipsa regione ubi vixit Eugippius et saeculo post eius mortem nondum elapso.

Secunda pars codicis, quae nostram exhibet Regulam, foliis 9^{r}—77^{v} continetur. Cum Excerpta e diversis auctoribus comprehendat, siglo E a praefatis editoribus Magistri insignita est. Quod tanto libentius nos retinemus, quanto felicius cum initio nominis auctoris a nobis detecti, Eugippii nempe, contingit ut congruat.

Ex abrupto incipit liber ac sine titulo, a primis verbis Regulae sancti Augustini, qua capitulum primum constituitur. Proinde totum opus anonymum est. Anonyma etiam sunt singula capitula, excepto primo, quod cum verbis **Expl. Regula Sci Agustini Episc.** desinit (fol. 20^{r}). Nec tamen ullus textus est

---

[7]) Quod pluries tam ab A. Genestout quam a nobis animadversum est. Vide inter alia A. de Vogüé, La Règle du Maître, I, Paris 1964 (Sources Chrétiennes 105), p. 129—132.

[8]) H. Vanderhoven-F. Masai-P. B. Corbett, La Règle du Maître, Édition diplomatique des manuscrits 12205 et 12634 de Paris, Bruxelles-Paris 1953, p. 26—36. Vide etiam A. Genestout, art. cit.

[9]) Cf. A. de Vogüé, La Règle du Maître, I, p. 127, n. 1.

qui auctori seu operi bene noto ascribi nequeat. Praeter Augustinum, qui praecipuum honoris locum obtinet, reperiuntur Basilius, Pachomius, Novatus, Cassianus, Hieronymus, Regula Quatuor Patrum et Regula Magistri. Quae ultima a nobis memoratur, primas vero partes sibi vindicat ratione amplitudinis textuum quos ab ipsa florilegium mutuatur, cum fere dimidium totius operis impleant[10].

De numero capitulorum aliquatenus ambigitur, quia nec tabula capitulorum exstat in codice, nec numeri singulis titulis praefixi sunt, nec semper eodem modo excerptorum signatur initium. A. Genestout secuti primum XLVI excerpta praeter Augustini Regulam numeravimus[11]. Sed codice accuratius inspecto, XLII tantum capitula, inclusa Regula Augustiniana, hodie distinguimus. Cum autem numeratio pristina saepius in commentariis de nostro codice adhibita sit, operae pretium est ut elenchum instruamus, quo a vetere illo ordine ad hunc novum sine labore transire liceat, simul etiam primus totius operis conspectus detur (vide p. 5 et 6).

Statuta igitur serie capitulorum, nunc dicendum est, qualis ratio ad definienda capitula adhibita sit. Nonnumquam, certe uti primo conspectui patet, textus diversi sub uno capitulo congregantur (2; 3; 27). Capitula enim nostra non secundum distinctionem fontium discernuntur, ita ut singuli textus singulos indices obtineant, sed secundum ipsum distinguendi modum quo scriptor codicis usus est. Haec quippe signandis capitulis adhibita ratio, cum satis certa atque constans sit, ipsi auctori operis, Eugippio scilicet, sine temeritate ascribi potest.

---

[10]) A. de Vogüé, Nouveaux aperçus sur une Règle monastique du VI[e] siècle, in Revue d'Ascétique et de Mystique 41 (1965), p. 19—54, specialiter p. 22—23.

[11]) A. de Vogüé, Nouveaux aperçus, p. 20—22. Cf. La Règle d'Eugippe retrouvée ?, p. 258, n. 125.

Codicis paginae	Excerptorum fontes	Ordo vetus	Ordo novus
9r	Augustinus, Ordo Monasterii		1
10v	— , Praeceptum		—
20r	Regula IV Patrum 3	1	2
20v	Regula Magistri 16	2	—
21v	Basilius, Regula 103	3	3
21v	— , — 104	4	—
21v	— , — 106	5	—
22r	Regula Magistri 17	6	—
22r	Basilius, Regula 67	7	4
22v	— , — 68	8	5
23r	— , — 70	9	6
23v	— , — 95	10	7
23v	— , — 99	11	8
24r	— , — 101	12	9
24v	— , — 102	13	10
24v	— , — 122	14	11
26r	— , — 28	15	12
26v	— , — 29	16	13
27r	— , — 43	17	14
27r	— , — 44	18	15
27r	— , — 53	19	16

27v	Regula Magistri 5	20	17
28r	— 7	21	18
33r	— 54	22	19
33v	— 55	23	20
34v	— 73	24	21
36r	— 30	25	22
38r	— 74	26	23
38r	— 47	27	24
39v	— 2	28	25
41r	Pachomius, Regula 159	29	26
42r	Regula Magistri 1	30	27
45r	— Ths	31	—
45v	— 10	32	28
53v	Novatus, Sententia	33	29
59r	Cassianus, Conlatio 12, 2	34	30
60r	— , — 12, 7	35	31
60v	— , Institut. 4, 9	36	32
61r	— , — 4, 39—43	37	33
64v	— , — 2, 15—16	38	34
66r	— , — 3, 7	39	35
67r	— , — 4, 12	40	36
67v	— , — 4, 16	41	37
68v	— , — 4, 18	42	38
69v	Regula Magistri 12	43	39
—	— 13	44	40
73r	Basilius, Regula 3	45	41
76v	Hieronymus, Epistula 125	46	42

Itaque in codice nostro praeter primum singula capitula suis titulis insigniuntur. Qui omnes, uno excepto (15, t.), in initio lineae a littera maiuscula in margine posita incipiunt, atque duobus exceptis (2, t. et 15, t.) litteris rubris scripti sunt sive ex integro, sive ex parte. Praeterea, sex tantum exceptis (2.3.7.11.14.37, t.), quodam responsionis signo textum capituli introducente tituli finiuntur, quod quattuor modis vix inter se differentibus scriptum est, nempe R̨DN̄S (17, t.), RS̄P DN̄S (18, t.), RE̅SP (4, t. ; 40, t.) et RS̄P (cett.)[12]. Denique ipse textus sequens semper a littera maiuscula incipit, quae paucis exceptis (5.6.17.31, t.) in margine posita est[13].

Quae quidem quattuor notae non omnes simul in principio omnium capitulorum inveniuntur. Verumtamen principium capituli nullum est, quod non duabus saltem aut tribus notis insignitum sit. Exempli gratia, capitulum 15 nec rubricatum, nec ab initio lineae incipientem habet titulum, sed signum responsionis rubrum (RS̄P) post titulum exhibet, quod sequitur textus incipiens in initio lineae et a maiuscula in margine scripta. Interdum etiam adest nota quaedam insolita, quae absentiam consuetarum suppleat, sicut in capite 2, cuius titulus rubrica et signo responsionis caret, prima nihilominus linea textus rubricata est, ut nihil dicamus de immensa rubrica **Expl. Regula Sc̄i Agustini Epīsc.**, quae ipsum titulum praecedit et luce clarius verba sequentia capitulum novum aperire indicat.

Sive igitur hoc modo, sive alio, ubique singulorum initium capitulorum sufficienter signatum est. Proinde secuti amanuensem codicis ipsumque, ut putamus, operis auctorem Eugippium, quadraginta duo capitula distinximus.

---

[12]) Adest etiam signum responsionis rs̄p aberrans in medio textu fol. 61^{v}, lin. 10. Vide apparatum codicis ad 33, 3.

[13]) Saepius quidem ac fere indifferenter litterae in margine scriptae sunt, ita ut illa nota per se et sola nihil ad discernenda capitula valeat. Attamen alicuius est momenti, cum aliis notis coniungitur.

III. De indole, momento ac tempore Regulae

E supradictis iam apparet indoles Regulae Eugippianae. Cum enim e scriptorum pristinorum excerptis tota constet, nihil aliud est quam cento. Solummodo aliqua testimonia a sancta scriptura sumpta excerptis ex Regula Magistri addidit Eugippius (22, 6 ; 24, 10—11), necnon et septem brevissimas sententias in fine excerpti ex Regula Pachomii (26, 40—46). Praeterea parva quaedam mutavit sive in verbis, sive in sententiis, ut sermonem et rem alienam proprio aptaret eloquio ac proposito. Tales mutationes plerumque in titulis excerptorum inveniuntur[14], neque rarae sunt in testimoniis biblicis, cum textui sacro a fonte prolato translationem sibi magis notam saepius praetulerit Eugippius[15], vel etiam loco citato alium similem interdum substituerit (28, 19 et 80). Denique multa omisit, quod sibi sane utpote florilegii auctori licebat. Omissiones huiusmodi voluntariae intra ipsum ambitum textuum quos descripsit factae non tantum in excerptis reperiuntur Magistri, sed etiam Pachomii et Cassiani[16]. Proinde non nisi cum summa cautela adhiberi debet florilegium nostrum ad restituendum primigenium Magistri textum.

Liquet igitur humillimi generis esse operam Eugippianam. Nec tamen singularis est inter regulas monachorum antiquas, quae omnes fere plurima a praecedentibus mutuantur quarumque nonnullae, ut Regulae Pachomianae recensio brevis, Regula Orientalis et Regula Donati, vix aut nullatenus liberiori modo descripta sunt.

---

[14]) A. de Vogüé, Scholies, p. 131—134.

[15]) Si contuleris testimonia Eugippii cum Psalteriis antiquis quae edidit R. Weber, Le Psautier Romain et les autres anciens Psautiers latins, Roma 1953, mox patebit cum tribus saepius congruere nostrum, nempe Veronensi (singulariter 22, 6), Mozarabico (singulariter 24, 10; 40, 30) et Gallicano (singulariter 28, 59 et 81; 33, 32).

[16]) A. de Vogüé, Scholies, p. 135—139.

Ceterum duabus saltim rebus conspicua est haec Eugippii Regula: amplitudine et delectu fontium. Ratione amplitudinis inter maximas ponenda est, cum paulo sit longior quam ipsa longissima Benedicti Regula[17], solisque Magistri ac Basilii Regulis cedat. Fontes etiam eius maxime variae sunt ac nobiles, cum Augustinum, Basilium, Hieronymum, summos doctores, aliis minoris quidem notae, sed haud imparis in re monastica momenti auctoribus coniungat, Pachomio, Cassiano, Novato, Quatuor Patribus, Magistro. E quorum numero praecipue ab Augustino et Magistro hausit Eugippius, ita ut duas doctrinas aliquatenus diversas in sua Regula connecteret, illam scilicet Augustinianam, quae praesertim vitam communem caritatemque fraternam commendat, et istam Magistri, ab Aegypto tramite Cassiano deductam, quae potius in munus hierarchiae cenobiticae oboedientiamque superioribus praebendam insistit.

Ab illo delectu fontium maxime pendet momentum Regulae nostrae historicum. Eugippio enim teste certum est commixtionem factam esse sub initio sexti saeculi in illo Campaniae monasterio inter traditiones varias ab Africa, Aegypto, Oriente, Italia, Gallia oriundas. Adunatio autem haec rivulorum undique confluentium synthesi illi prorsus similis est, quae eodem fere tempore in eadem provincia a Benedicto Casinensi effecta est. Qui et ipse ante omnia Magistro usus est et Augustino[18], atque verba sua de schola monasterii, monachorum generibus, abbate, oboedientia, humilitate de iisdem Magistri capitulis decerpta ad litteram cum Eugippio communia habet. Proinde videtur Eugippius quasi praecursor fuisse celeberrimi illius vitae monasticae legislatoris. Num Bene-

---

[17]) Si in editionem Codicis Regularum (L. Holstenius-M. Brockie, Codex Regularum monasticarum collectus a S. Benedicto Anianensi, I, Augustae Vindelicorum 1759) inserta esset, Regula Eugippii circa 24 paginas dimidiamque ibidem obtinuisset, cum Regula Benedicti 22 paginas dimidiamque in eadem editione impleat.

[18]) A. de Vogüé, La Règle de saint Benoît, I, Paris 1972 (Sources Chrétiennes 181), p. 33—39.

dictus Eugippium noverit, nescimus. Quod vero eiusdem institutionis ac mentis fuerint, perspicuum est.

Quo tempore Eugippium putemus suam scripsisse Regulam, ex his quae modo memoravimus iam lucet. Cum enim Magister circa 525—530 suam absolverit operam Benedictusque propriam inter 530—560 scripserit Regulam, ab Eugippio numquam citatam, hic opus suum circa annum 530 confecisse videtur.

Quod non ex mera coniectura proponimus, siquidem ipse Isidorus tale tempus suggerit, compositionem Regulae cum exitu auctoris coniungens. Sic enim de Eugippio memorat: „Scripsit et Regulam monachis consistentibus in monasterio sancti Severini, quam eisdem moriens quasi testamentario iure reliquit“[19]. Scimus autem Eugippium Severino morienti utpote monachum eius adstitisse (482)[20], anno vero 511 iam abbatem fuisse[21], annoque 527 aut 532 litteras a Ferrando diacono accepisse[22]. Cum ulterius nulla de eo praeter epistulam Ferrandi alteram notitia supersit[23] eumque iam grandaevum fuisse constet, vix post annum 535 mors eius collocanda est. Si ergo non multo ante exitum Regulam scripsit, quam „moriens quasi testamentario iure relinqueret“, consentaneum est

---

[19]) Isidorus, De viris illustribus 26, 34. Cf. Paschasius, Ep. ad Eugippium 5 (apud R. Noll, p. 46, 25): „hereditario iure“.

[20]) Eugippius, Vita Severini 43, 9: „nobis“. De vita eius vide M. Büdinger, Eugipius, eine Untersuchung, in Sitzungsberichte der philos.-histor. Klasse der k. Akademie der Wissenschaften, XCI, Wien 1878, p. 793—814.

[21]) Eugippius, Ep. ad Paschasium 1 (apud R. Noll, p. 40, 6): „Ante hoc ferme biennium, consulatu scilicet Inportuni“. E Vita Severini 37, 1 patet Eugippium tunc abbatem fuisse.

[22]) Ferrandus, Ep. dogmatica adversus Arianos („Unde subito“), PLS IV, 22—36. Ex initio eruitur Eugippium tunc primum scripsisse ad Ferrandum, e fine autem occasionem exstitisse scribendi Fulgentii mortem. Qui kalendis Ianuarii obiit sive anni 532, ut cum aliis contendit G. Lapeyre, S. Fulgence de Ruspe, Paris 1929, p. 323—327, sive anni 527, ut putant auctores recentiores citati a J. Fraipont in Praefatione ad Opera Fulgentii, CCSL XCI, p. V, n. 1.

[23]) Ferrandus, Ep. 4, PLS IV, 38 („Ita saepius“). Gaudet Ferrandus „saepius“ se litteras accepisse ab Eugippio, eoque petente mittit campanam, qua monachi ad officium vocentur.

eum circa 530—535 regulam composuisse. Quod tempus cum termino ab usu Regulae Magistri praefinito optime congruit.

IV. De huius editionis ratione

Ab indole talis operis tota textus edendi pendet ratio. Cum enim Regula nostra nihil aliud sit quam cento, summopere interest ut textus cum fontibus claro et praeciso modo conferatur. Cavere tamen debet editor, ne ad normam editionum Augustini, Basilii, Magistri et aliorum codicem praepropere corrigat, siquidem constet auctorem cum mutationes bene deliberatas nonnumquam fecisse, tum codices in manibus habere potuisse, qui textus fontium aliquanto diversos ab illis qui nobis noti sunt praeberent. Accedit difficultas ex ipso codice profluens, qui et unicus est et corruptissimus. Proinde non modice laborat qui textum constituere vult, cum saepissime neque codex neque fontes quis tramis eligendus sit ostendant.

In hac ergo editione enisi sumus ut ipsa verba codicis quam plurimum servaremus, etiam cum a fontibus diverterent et genus dicendi sensumque deteriorem exhiberent. Quae toties religiose retinuimus, quoties vel minima possibilitas adesset sententias codicis utcumque capiendi easque Eugippio tribuendi. Minus stricte tamen hanc normam secuti sumus in aliquibus locis, ubi textus codicis, quamvis non omni prorsus sensu carens, ex quadam facili amanuensibusque consuetissima menda, sicut haplographia vel dittographia, profluxisse poterat.

In dinoscendo genuino auctoris sermone, non solarum editionum criticarum rationem habuimus, sed etiam, quantum copia fuit, diversorum codicum manuscriptorum, qui textus fontium repraesentant. Quibus perspectis nonnullas lectiones per se absurdas retinere potuimus, tamquam certissime ab ipso Eugippio susceptas. Ita exempli gratia verbum **pedibus** (20, 2), quod in quodam loco Magistri (RM 55, 2) omnino false pro **passibus** scriptum est, etiam in codice Regulae Magistri

Parisiensi latino 12205 (P) legitur, ac proinde in ipso codice quem Eugippius describendum curavit sine dubio reperiebatur. Haud secus coniunctio **et** (41, 68), quae perperam loco pronominis **haec** in quandam Basilianam irrepsit sententiam (Basilius, Reg. 3), nequaquam corrigenda est, quippe quae pariter in quinque codicibus Basilii (ILSPZ) pro genuina stat lectione, quorum nimirum codex Eugippio notus affinis fuit. Quas de singulorum lectionibus codicum disquisitiones, quamvis a nobis sedulo factas, in apparatum fontium introducere non visum est, ne obscuritatem ac perplexitatem utentibus generarent. In quo apparatu illae solummodo lectiones variae adnotatae sunt, quae in critico editionum a nobis usurpatarum textu leguntur. Unde nonnumquam evenit ut discrepantia inter E et ceteros codices prorsus non appareat, nempe cum textus criticus lectionem ab E exhibitam contra ceterorum testimonium susceperit.Sic in apparatu ad 28, 14 non declaratur verbum **hoc** (post **nobis**) in codicibus P et A Regulae Magistri adesse, consonante cum lectione Eugippiana textu critico istius Regulae. Quod tamen nonnisi rarissime accidit. Saepius quidem reticentur consensus ac discrepantiae valde notabiles inter E et codices fontium sive singulos sive plures. Quas omnes adnotare placuisset, nisi praefata claritatis ac simplicitatis cura obstitisset. Non tamen illis privabitur, quisquis apparatus singularum editionum criticarum adire voluerit.

Pro plerisque fontibus editiones criticae tales iam suppetebant, quales apparatui nostro convenire poterant. De Augustino videlicet ac Magistro, Pachomio, Hieronymo,Cassiano et Quatuor Patribus nequaquam eramus solliciti. At contra Basilii et Novati editio deest huiuscemodi. Peropportune autem contigit ut editionem Regulae Basilianae Henricus Ledoyen monachus Maredsolanus pararet. Qui summa benignitate quaestiones ab Eugippio descriptas sine mora recensuit et textum apparatumque criticum nobis praestitit, unde maximam ei gratiam ut referamus par est. Sententiam vero Novati, cum nemo critice recensuisset aut recensendam curaret,

proprio labore edendam statuimus et plurimis codicibus recensitis in commentario Revue Bénédictine iam edimus.

Ante apparatum fontium alium instruximus, quo lectiones codicis E a textu critico discrepantes continerentur. In quo etiam correctiones indicavimus, quae nisi nota speciali posteriori manui (**post. m.**) adscribantur, ipsi primae manui (**pr. m.**) aut saltem cuidam in ipso scriptorio originario corrigenti tribuendae sunt. Itaque apparatus ille primus omnes prorsus lectiones codicis varias exhibet. E contrario apparatus fontium cunctas quidem discrepantias ad ipsum textum pertinentes praebet, non vero illas quae ad meram orthographiam spectant, sicut **apud** pro **aput**, **adinplere** pro **adimplere**, **adrogantia** pro **arrogantia** et similia. Ridiculum enim esset, si editionum modernarum orthographiam, quae ad certas normas castigata est, cum orthographia nostra regulas aliquanto diversas sequente contulissemus. Igitur in primo apparatu critico nihil omnino praetermissum est, non vero in secundo.

His duobus etiam alium praemisimus apparatum, quo loca citata allusionesque indicarentur. Animadvertendum est tamen solummodo testimonia sanctae scripturae et apocryphorum paucorum accurate laudata atque allusiones ad eosdem sacros libros pertinentes esse notatas, non vero illa quae auctor excerpti quilibet ab auctore pristino tacite mutuatus est. Exempli gratia neque in textu neque in apparatu a nobis indicata sunt ea quae in RM 10, hoc est E 28, a Cassiano vel Passione sancti Sebastiani profluxerunt.

Superest ut nonnulla de textu critico addamus. Quantum fieri potuit, pristinarum editionum rationem servavimus, sive quod attinet ad paragraphorum dispositionem sive sententiarum interpunctionem. Numeros tamen ad signandas textuum divisiones in editionibus usurpatos retinere visum non est, cum propter plurimam rationum diversitatem a variis editoribus excogitatarum, tum quia Eugippius nonnulla praetermisit vel addidit, quibus pristinus numerorum ordo esset perturbatus. Itaque placuit ut unus dividendi numerandique modus per

totam Regulam Eugippianam statueretur, quem ad instar editionum Regulae Benedicti et Regulae Magistri recentium divisioni sacrae scripturae prorsus similem fecimus. Omnia igitur capitula in brevissimas sectiones seu „versiculos" (vv) divisa sunt, quibus singuli numeri praefixi sunt super lineam scripti.

Orthographia codicis E constantior est quam de tali amanuensi exspectasses. Praeter litteras confusas **u** et **b**, **e** et **ae**, atque finalem **m** omissam vel superflue additam pauca correximus. Quando de quocumque verbo aut phaenomeno, ceu assimilatione vel dissimilatione praefixorum, codex non sibi constat, illam formam ubique scripsimus, quae plerumque in codice occurrit[24]. Cum autem verbum bis tantum occurrens duobus modis scriptum est, modum delegimus sive sermoni classico, sive generali codicis propensioni, dummodo haec exstaret, magis conformem. Ceterum formas a nobis reiectas philologus quilibet tam in apparatu codicis reperiet quam in indice orthographico a nobis digesto et post textum collocato.

Paginas codicis in margine textus adnotavimus. In initio excerptorum ante titulum unumquemque capitulorum numeros scripsimus, quos inter uncos collocavimus, ut in ipso codice illos deesse semper lector commoneretur. Item tabulam capitulorum, quam textui nostro, adiunctis fontibus, praemisimus, nec ipsam codici inesse commonemus.

Huius editionis procurandae laborem, cum ipse diversis praepeditus occupationibus amplecti non valerem, Ferdinandus Villegas confrater a me rogatus suscepit, strenue prosecutus est meque adiuvante perfecit. Quapropter ei qui animum, vires, tempus est largitus, Deo ex toto corde gratias agimus.

In monasterio Petrae Gyrantis, mense Iulio anno MCMLXXIV.

Adalbertus de Vogüé

---

[24]) Non tamen ad unam formam redegimus pronomen masculinum in nominativo *is* (9, 4) vel *his* (3, 3.6; 8, 2; 41, 32), cum ipse textus Basilianus ab H. Ledoyen commodatus utramque praeberet formam.

Regulae Eugippii codex unicus

E = Parisiensis latinus 12634, saec. VI ex., fol. 9—77

Cuius lectiones variae in apparatu superiori collocatae sunt.

Fontium editiones a nobis adhibitae

Augustinus, Regula, ed. L. Verheijen, La Règle de saint Augustin, Paris 1967, Etudes Augustiniennes I.

Basilius, Regula a Rufino versa, ed. H. Ledoyen, Maredsous, pro manuscripto.

Cassianus, Conlationes, ed. M. Petschenig, Vindobonae 1886, CSEL XIII. Institutiones, ed. M. Petschenig, Vindobonae 1888, CSEL XVII.

Hieronymus, Epistulae, ed. I. Hilberg, Vindobonae 1918, CSEL LVI.

Novatus, Sententia, ed. F. Villegas, in Revue Bénédictine LXXXVI, Maredsous 1976.

Pachomius, Regula, ed. A. Boon, Pachomiana Latina, Louvain 1932, Bibliothèque de la Revue d'Histoire Ecclésiastique VII.

Regula Magistri, ed. A. de Vogüé, La Règle du Maître, Paris 1964, Sources Chrétiennes CV—CVI.

Regula Quatuor Patrum, ed. J. Neufville, in Revue Bénédictine LXXVII, Maredsous 1967, 72—91.

Quarum lectiones variae in apparatu inferiori collocatae sunt.

CAPITVLA CVM FONTIBVS

I Regula Augustini.

Vv. 1—29 Ordo Monasterii; vv. 30—154 Praeceptum.

II De cellario, qualis debeat esse.

Tit. ex Regula Magistri XVI; vv. 1—8 ex Regula IV Patrum (XII) 3, 24—31; vv. 9—25 ex Regula Magistri XVI 11—14; 25—37.

III Quomodo debent hii qui operantur uel qui praesunt curam gerere ferramentorum utensilium eorum de quibus operantur?

Tit. usque ad v. 8 ex Regula Basilii, interrogatio CIII; CIIII; CVI; vv. 9—16 ex Regula Magistri XVII 1—8.

IIII Si qui non contentus cottidie sibi aliquid iniungi de his quae pro mandato dei incidunt, sed artificium uult discere, quali uitio aegrotat, aut si oportet ei adquiescere?

Ex Regula Basilii, interrogatio LXVII.

V Si qui industrius sit et promptus ad implenda mandata, agat autem non quod iniungitur, sed quod ipse uult, quam mercedem habet?

Ex Regula Basilii, interrogatio LXVIII.

VI Si iniunctum fuerit aliquid fratri, et contradixerit, postea autem sua potestate abierit.

Ex Regula Basilii, interrogatio LXX.

VII Quali affectu oportet accipere uel uestimentum uel calciamentum qualecumque fuerit?

Ex Regula Basilii, interrogatio XCV.

VIII Si licet unicuique ueterem tunicam suam aut calciamentum dare cui uoluerit, misericordiae causa propter mandatum ?

Ex Regula Basilii, interrogatio XCVIIII.

VIIII Si debent peregrini intrare usque ad illa loca ubi fratres operantur, uel etiam alii de eodem monasterio debent relictis suis locis intrare ad alios ?

Ex Regula Basilii, interrogatio CI.

X Si oportet eos qui norunt artificia, suscipere ab aliquo opus absque conscientia uel iussione eius qui praeest et operae sollicitudinem gerit ?

Ex Regula Basilii, interrogatio CII.

XI Si oportet peccantibus fratribus silere et quiescere ?

Ex Regula Basilii, interrogatio CXXII.

XII Erga eum qui pro peccato non paenitet, qualiter esse debemus ?

Ex Regula Basilii, interrogatio XXVIII.

XIII Si debet habere aliquid proprium, qui inter fratres est ?

Ex Regula Basilii, interrogatio XXVIIII.

XIIII Interrogatio: Qui detrahit de fratre, aut audit detrahentem et patitur, quid dignus est ?

Ex Regula Basilii, interrogatio XLIII.

XV Quod si de eo detraxerit qui praeest, quomodo eum obseruabimus ?

Ex Regula Basilii, interrogatio XLIIII.

XVI Si ex toto rideri non licet ?

Ex Regula Basilii, interrogatio LIII.

XVII Quae est materies uel causa malorum, quae in fornace timoris dei excoqui debent, uel quae est erugo uel sordities uitiorum, quam de nobis debet lima iustitiae emundare ?
Ex Regula Magistri V.

XVIII De oboedientia discipulorum, qualis debeat esse.
Ex Regula Magistri VII tit. —15; 20—74.

XVIIII Cum hora diuini officii aduenerit, mox debere fratrem ad oratorium festinare.
Ex Regula Magistri LIIII.

XX De quot passibus frater, relicto labore, ad oratorium debeat occurrere.
Ex Regula Magistri LV tit. —6; 8—11; 13—18.

XXI De fratribus qui ad opus dei tarde occurrunt.
Ex Regula Magistri LXXIII.

XXII Post conpletorios neminem debere loqui.
Ex Regula Magistri XXX tit.; 8—30.

XXIII Refrenari debere liberum arbitrium fratrum.
Ex Regula Magistri LXXIIII.

XXIIII De disciplina psallendi.
Ex Regula Magistri XLVII tit. —22; 24.

XXV Qualis debeat esse abba.
Ex Regula Magistri II tit. —10; 23—25; 32—34; 37—40; 51.

XXVI Qualis debeat esse praepositus.
Ex Regula Pachomii CLIX (Praecepta et Instituta 18).

XXVII De generibus uel ordine et actus et uita monachorum in coenobiis.
Ex Regula Magistri I tit. —15; 72—92; Ths 40—46.

XXVIII De doctrina discipulorum et gratia humilitatis et profectus in deo quibus modis adquiritur uel adquisita seruatur.
Ex Regula Magistri X tit.—14; 16; 18—38; 40—45; 48—122.

XXVIIII Item de humilitate et oboedientia et de calcanda superbia.
Nouati Sententia.

XXX De expugnatione libidinum et gradibus castis, uel quomodo ad puritatem [munditiam] castitatis ueniatur.
Ex Conlationibus Cassiani XII 2, 1—3; tit. ex Cap. Conl. XII 7.

XXXI Sex gradibus, licet multa a se inuicem sublimitate distantibus, fastigia castitatis praecelsa distinguam.
Ex Conlationibus Cassiani XII 7, 2—4.

XXXII Qui suggestiones cupit inimici destipare, debet sine confusione omnes suo seniori confiteri.
Ex Institutionibus Cassiani IIII 9; tit. ex Cap. Inst. IIII 9.

XXXIII Quo ordine quis ad perfectionem ualeat peruenire, per quam de timore dei ad caritatem consequenter ascendatur.
Ex Institutionibus Cassiani IIII 39, 40, 41, 42, 43; tit. ex. Cap. Inst. IIII 39.

XXXIIII De obseruatione et disciplina regulae constitutae, et quod nullus sermocinandi aut orandi habeat licentiam cum eo qui ab oratione suspenditur, ne simul cum eo in reatu deputetur.
Ex Institutionibus Cassiani II 15—16; tit. ex Cap. Inst. II 16.

XXXV Quod ei, qui ad diurnam orationem, antequam primus finiatur psalmus, non occurrit, oratorium introire non liceat, in nocturnis autem usque ad finem secundi psalmi ueniabilis mora sit.
Ex Institutionibus Cassiani III 7; tit. ex Cap. Inst. III 7.

XXXVI Quod ad consonitum pulsantis nihil operis praeponi debet studio celeriter adcurrendi.
Ex Institutionibus Cassiani IIII 12; tit. ex Cap. Inst. IIII 12.

XXXVII De regulis diuersarum correptionum et emendatione uitiorum.
Ex Institutionibus Cassiani IIII 16; tit. ex Cap. Inst. IIII 16.

XXXVIII Quam inlicitum sit extra mensam benedictionis communem quidquam cibi potusque gustare.
Ex Institutionibus Cassiani IIII 18; tit. ex Cap. Inst. IIII 18.

XXXVIIII De excommunicatione culparum.
Ex Regula Magistri XII.

XL Quomodo debeat frater excommunicatus tractari.
Ex Regula Magistri XIII tit. —1; 3—5; 8—59; 63—65; 68—75.

XLI Si oportet eum qui de societate commune, hoc est de congregatione, discesserit, semotum esse et solum, an uero cum fratribus, qui sibi nihil uindicant, sed omnia communia habent, uitam suam sociare ?
Ex Regula Basilii, interrogatio III.

XLII Item demonstrat quia monachus solitarius esse non debet, propter multa mala quae ei cito subrepunt.
Ex Epistula Hieronymi CXXV 9.

EVGIPPII REGVLA

[I]

[1]Ante omnia, fratres karissimi, diligatur deus, deinde et fº 9
proximus, quia ista sunt praecepta principaliter nobis data.
[2]Qualiter autem nos oportet orare uel psallere describimus, [3]id est, in matutinis dicantur psalmi tres: sexagesimus secundus, quintus et octogesimus nonus; [4]ad tertiam psalmus ad respondendum dicatur, deinde antifanae duae, lectio et conpletorium; simili modo sexta et nona; [5]ad lucernarium autem psalmus responsorius unus, antifanae quattuor, item psalmus unus responsorius, lectio et conpletorium. [6]Et tempore oportuno post lucernarium, omnibus sedentibus, legantur lectiones; post haec autem consuetudinarii psalmi ante somnum dicantur. [7]Nocte autem orationes, mense nouembri, decembri, ianuario et februario, antifanae | duodecim, psalmi fº 9v
sex, lectiones tres; [8]martio, aprili, septembri et octobri, antifanae decem, psalmi quinque, lectiones tres; [9]maio, iunio, iulio et augusto, antifanae octo, psalmi quattuor, lectiones duae.
[10]Operentur a mane usque ad sextam, et a sexta usque ad nonam uacent lectioni, et ad nonam reddant codices; [11]et postquam refecerint, siue in horto, siue ubicumque necesse fuerit, faciant opus usque ad horam lucernarii.

I 1 cf. Mt 22, 37—40

I 4 tertia **6** somnium **10** ad sexta | nona *(bis)* | redeant

---

I 1—29: Ordo Monasterii
4 psalmus] prius psalmus unus | antiphonae **5** antiphonae **7** nocte] nocturnae | antiphonae **8** antiphonae **9** antiphonae

[12]Nemo sibi aliquid suum uindicet proprium, siue in uestimento, siue in quacumque re: [13]apostolicam enim uitam optamus uiuere.

[14]Ne cum murmurio aliquid faciat, ut non simili iudicio murmuratorum pereat.

[15]Fideliter oboediant, patrem suum honorent post deum, praeposito suo deferant sicut decet sanctos.

fº 10 [16]Sedentes ad | mensam taceant, audientes lectiones. [17]Si autem aliquid opus fuerit, praepositus eorum sit sollicitus. [18]Sabbato et dominica, sicut constitutum est, qui uolunt uinum accipiant.

[19]Si opus fuerit ad aliquam necessitatem monasterii mitti, duo eant. [20]Nemo extra monasterium sine praecepto manducet neque bibat; non enim hoc ad disciplinam pertinet monasterii. [21]Si opera monasterii mittantur fratres uendere, sollicite obseruent ne quid faciant contra praeceptum, scientes quia deum exacerbant in seruis ipsius; [22]siue aliquid emant ad necessitatem monasterii, sollicite et fideliter ut serui dei agant.

[23]Otiosum uerbum aput illos non sit. [24]A mane ad opera sua sedeant. Post orationes tertiae eant similiter ad opera sua. [25]Non stantes fabulas contexant, nisi forte aliquid sit fº 10v pro animae | utilitate, [26]sed sedentes ad opera taceant, nisi forte necessitas operis exegerit, ut loquatur quis.

[27]Si quis autem non omni uirtute, adiuuante misericordia domini, haec conatus fuerit implere, contumaci uero animo

---

12—13 cf. Act 4, 32 **14** cf. Nm 14, 1—37

---

15 honorent] honorem **16** mensa **18** constitum **20** hoc] haec **21** operam | sollicitae | exaceruant **22** ement | sollicitae **25** anima utilitatem

---

13 apostolica | uita **14** ne] nemo **16** lectionem **26** sed *deest*

despexerit, semel adque iterum commonitus, si non emendauerit, sciat se subiacere disciplinae monasterii sicut oportet. [28]Si autem talis fuerit aetas ipsius, etiam uapulet.

[29]Haec autem in nomine Christi fideliter et pie obseruantes, et uos proficietis, et nobis non parua erit laetitia de uestra salute. Amen.

[30]Haec sunt quae ut obseruetis praecipimus in monasterio constituti.

[31]Primo, propter quod in uno estis congregati, ut *unianimes habitetis in domo*, ut sit uobis *anima una et cor unum* in deo.

[32]Et non dicatis aliquid proprium, sed sint uobis omnia communia, | [33]ut distribuatur a praeposito uestro uictum et fº 11
tegumentum, non aequaliter ⟨omnibus, quia non aequaliter⟩ possitis omnes, sed potius unicuique sicut opus fuerit. [34]Sic enim legitis in Actibus Apostolorum, quia *erant illis omnia communia* et *distribuebatur unicuique sicut cuique opus erat.*

[35]Qui aliquid habebant in saeculo, quando ingressi sunt in monasterium, libenter illud uelint inter se commune.

[36]Qui autem non habebant, non ea quaerant in monasterio quae haec foris habere non potuerunt. [37]Sed tamen eorum

---

31 *in — congregati*, cf. Jo 11, 52 | Ps 67, 7 | Act 4, 32 **32** cf. Act 4, 32 **33** cf. 1 Tm 6, 8 | cf. Act 4, 35 **34** Act 4, 32 et 35 **37** cf. Act 4, 35

---

28 bapulet **29** piae **33** omnibus *usque* aequaliter *om.* **36** qui] quia

---

I 30—154: Praeceptum

31 primum | uno] unum | ut²] et | deum **33** ut] et | distribuatur] unicuique uestrum *add.* | uictus | possitis] ualetis | sicut] cuique *add.* **35** in² *deest* | inter se] esse **36** haec foris habere non] nec foris habere

infirmitati quod opus est tribuatur, etiam si paupertas eorum, quando foris erant, nec ipsa necessaria poterat inuenire. [38]Tantum ⟨non⟩ ideo se putent esse felices, quia inuenerunt uictum, qualem foris inuenire non poterant.

fº 11v [39]Nec erigant ceruicem, quia sociantur eis ad quos | foras accedere non audebant, [40]sed sursum cor habeant et terrena bona non quaerant, [41]nec incipiant esse monasteria diuitibus utilia, non pauperibus, si diuites illic humiliantur et pauperes illic inflantur.

[42]Sed rursus etiam illi qui aliquid esse uidebantur in saeculo non habeant fastidio fratres suos quia ad illam sanctam societatem ex paupertate uenerunt. [43]Magis autem studeant, non de parentum diuitum dignitate, sed de pauperum fratrum societate gloriari. [44]Nec extollantur, si communi uitae de suis facultatibus aliquid contulerunt, [45]nec de suis diuitiis magis superbiant, qui eas monasterio partiuntur, quam si eis in saeculo fruantur. [46]Et quid prode est disperdere dando pauperibus et pauperem fieri, cum anima misera superbior effi-

fº 12 ciatur diuitias contem|nendo, quam fuerat possidendo?

[47]Omnes ergo unanimiter et concorditer uiuite, et honorate in uobis inuicem deum, cuius templa facti estis.

[48]Orationibus instate horis et temporibus constitutis.

---

40 cf. Col 3, 1—2 **42** cf. Gal 2, 2 **46** cf. 1 Cor 13, 3 | *quid prode est*, cf. Mt 16, 26 | *disperdere — pauperibus*, cf. Ps 111, 9 et Lc 18, 22 **47** cf. Rm 15, 6 | cf. 2 Cor 6, 16 **48** cf. Col 4, 2 et Rm 12, 12

---

37 poterant **38** non[1] *om.* **42** habent **46** superbior] superior

---

38 uictum] et tegumentum *add.* | quale **39** foris **40** bona] uana **41** nec] ne **42** quia] qui **45** qui] quia | fruantur] fruerentur **46** alia quippe quaecumque iniquitas in malis operibus exercetur ut fiant superbia uero etiam bonis operibus insidiatur ut pereant *praem.* | dispergere | efficitur **47** unianimiter

49 In oratorio nemo aliquid agat nisi ad quod est factum, unde et nomen accepit; 50 ut si forte aliqui, etiam praeter horas constitutas, si eis uacat, et orare uoluerint, non eis sint inpedimento, qui ibi aliquid agendum putauerunt.

51 Psalmis et hymnis cum oratis deum, hoc uersetur in corde quod profitetur in uoce.

52 Et nolite cantare, nisi quod legitis esse cantandum; quod autem non ita scribtum est ut cantetur, non cantetur.

53 Carnem uestram domate ieiuniis et abstinentia aescae et potus, quantum ualetudo permittit. 54 Quando autem aliquis non potest ieiunare, non tamen ex|tra horam prandii fº 12v aliquid alimentorum sumat, nisi cum aegrotat.

55 Cum acceditis ad mensam, donec inde surgatis, quod uobis secundum consuetudinem legitur, sine tumultu et contentionibus audite; 56 ne solae uobis fauces sumant cibum, sed et aures esuriant dei uerbum.

57 Qui infirmi sunt ex pristina consuetudine, si aliter tractantur in uictu, non debet aliis molestum esse nec iniustum uideri, quos fecit alia consuetudo fortiores. 58 Nec illos feliciores putent, quia sumunt quod non sumebant ipsi, sed sibi potius gratulentur, quia ualent quod non ualent illi.

59 Et si eis, qui uenerunt ex moribus delicatioribus ad monasterium, aliquid alimentorum, uestimentorum, stramentorum, operimentorum datur, quod aliis fortioribus et ideo felicioribus non datur, 60 cogitare debent quibus non | datur, fº 13 quantum de sua saeculari uita illi ad istam descenderint, 61 quamuis usque ad aliorum, qui sunt corpore firmiores,

---

56 cf. Am 8, 11

---

49 oratorium 53 aesce 57 uictum

---

50 et *deest* | sint] sit | putauerit 51 profitetur] profertur 56 ne] nec 57 facit 58 sumebant] sumunt

frugalitatem peruenire nequiuerint. [62]Nec debent uelle omnes, quod paucos uident amplius, non quia honorantur, sed quia tolerantur, accipere, [63]nec contingat detestanda peruersitas, ut in monasterio, ubi, quantum possunt, fiunt diuites laboriosi, fiant pauperes delicati.

[64]Sane, quemadmodum aegrotantes necesse habent minus accipere ⟨ne⟩ grauentur, ita et post aegritudinem sic tractandi sunt, ut citius reparentur, [65]etiam si de humili saeculi paupertate uenerunt, tamquam hoc illis contulerit recentior aegritudo, ⟨quod diuitibus anterior consuetudo⟩. [66]Sed cum uires pristinas reparauerint, redeant ad feliciorem consuetudinem suam, quae famulos dei tanto amplius decet, quanto minus
fº 13v indigent. | [67]Nec ibi eos teneat uoluptas iam uegetos, quo necessitas leuarat infirmos. [68]Illi se extiment ditiores, qui in sustinenda parcitate fuerint fortiores; melius est enim minus egere, quam plus habere.

[69]Non sit notabilis habitus uester, nec affectetis uestibus placere, sed moribus.

[70]Quando proceditis, simul ambulate; cum ueneritis quo itis, simul state.

[71]In incessu, in statu, in omnibus motibus uestris nihil fiat quod cuiusquam offendat aspectum, sed quod uestram deceat sanctitatem.

[72]Oculi uestri, et si iaciuntur in aliquam feminarum, figantur in nullam. [73]Neque enim, quando proceditis, feminas

---

73 cf. Mt 5, 28

---

64 ne *om.* **65** quod *usque* consuetudo *om.* **71** aspectum] sed uestrum deceat aspectum *add.* **72** aliqua **73** prohibemini] prohibeni *a. corr.* prohibent *p. corr. post. m.*

---

63 nec] ne **64** reparentur] recreentur **65** humillima **71** decet **72** nullam] nemine

uidere prohibemini, sed adpetere aut ab ipsis adpeti uelle criminosum est. [74]Nec solo tactu et affectu, sed aspectu quoque, adpetitur et adpetit concupiscentia ⟨feminarum⟩. | [75]Nec dicatis uos ⟨animos⟩ habere pudicos, si habetis oculos inpudicos, quia oculus inpudicus inpudici cordis est nuntius. [76]Et cum se inuicem sibimet, etiam tacente lingua, conspectu mutuo corda nuntiant inpudica, et secundum concupiscentiam carnis alterutro delectantur ardore, etiam intactis ab inmunda uiolatione corporibus, fugit castitas ipsa de moribus. fº 14

[77]Nec putare debet qui in femina figit oculum et illius in se diligit fixum, ab aliis se non uideri, cum haec facit; uidetur omnino, et a quibus se uideri non arbitratur. [78]Sed ecce lateat et a nemine hominum uideatur, quid faciet de illo super inspectore quem latere nihil potest? [79]An ideo putandus est non uideri, quia tanto ⟨uidet patientius quanto⟩ sapientius? [80]Ille ergo uir sanctus timeat displicere, ne uelit feminae male | placere. [81]Illum cogitet omnia uidere, ne uelit feminam male uidere. [82]Illius namque et in hac causa commendatus est timor, ubi scribtum est: *Abominatio est domino defigens oculum.* fº 14v

[83]Quando ergo simul estis in ecclesia et ubicumque ubi et feminae sunt, inuicem uestram pudicitiam custodite; deus enim qui habitat in uobis, etiam isto modo uos custodiet ex uobis.

78—79 cf. Prv 24, 12 **80** cf. Prv 24, 18 **82** Prv 27, 20 (LXX) **83** *deus — uobis*, cf. 1 Cor 3, 16 et 2 Cor 6, 16

---

74 adpetitur *post. m.* adpetur *a. corr.* | concupiscentia feminarum] concu *in fine pag.* **75** animos *om.* | oculos] animos | cordi **79** uidet *usque* quanto *om.* **80** timeat *bis scr.* **82** conmendatus **83** ecclesiam

---

75 inpudicus oculus *transp.* **76** sibimet] sibi **77** diligit] ipse diligit | haec] hoc **78** super] desuper **79** uidere **80** illi

[84]Et si hanc unde loquor oculi petulantiam in aliquo uestrum aduerteritis, statim admone, nec coepta egrediantur, sed proximo corrigantur.

[85]Si autem et post admonitionem iterum, uel in alio quocumque die, id ipsum eum facere uideritis, iam uelut uulneratum prodat, quicumque hoc potuit inuenire; [86]prius tamen et alteri uel tertio demonstratum, ut duorum uel trium
f° 15 possit ore conuinci et conpe|tenti seueritate coherceri. [87]Nec uos iudicetis esse maliuolos, quando hoc indicatis. [88]Magis quippe innocentes non estis, si fratres uestros, quos indicando corrigere potestis, tacendo perire permittitis. [89]Si enim frater tuus uulnus haberet in corpore, quod uellet occultare, dum timet secari, nonne crudeliter abs te sileretur et misericorditer indicaretur? [90]Quanto ergo potius eum debes manifestare, ne deterius putrescat in corde!

[91]Et antequam aliis demonstretur, per quos conuincendus est, si negauerit, prius praeposito debet ostendi, si admonitus neglexerit corrigi, ne forte possit, secretius correptus, non innotescere ceteris. [92]Si autem negauerit, tunc nescienti adhibendi sunt alii, ut etiam coram omnibus possit, non ab
f° 15v uno teste argui, sed a duobus tribusue conuinci. | [93]Conuictus uero, secundum praepositi, uel etiam praesbyteri ad cuius dispensationem pertinet, arbitrium, debet emendatoriam subire uindictam. [94]Quam si ferre recusauerit, etiam si ipse non

---

84—92 cf. Dt 17, 6 et Mt 18, 15—17 **92** cf. 1 Tm 5, 20

---

85 quicumque] qui cum *in fine lin.* **88** potetis **90** quando | deterius *post. m.* detrius *a. corr.*

---

84 unde] de qua | admonete | nec] ne | egrediantur] progrediatur | proximo corrigantur] de proximo corrigatur **85** in *om.* | prodat] sanandum prodat **89** dum] cum | secari] sanari **90** deterius] perniciosius **91** et] sed **92** etiam] iam | tribusue] uel tribus **93** pertinent | subire] sustinere

abscesserit, de uestra societate proiciatur. [95]Non enim et hoc fit crudeliter, sed misericorditer, ne contagione pestifera plurimos perdat.

[96]Et hoc quod dixi de oculo non figendo, etiam in ceteris inueniendis, prohibendis, indicandis, conuincendis uindicandisque peccatis, diligenter et fideliter obseruetur, cum dilectione hominum et odio uitiorum.

[97]Quicumque autem in tantum progressus fuerit malum, ut occulte ab aliqua litteras uel quaelibet munuscula accipiat, si hoc ultro confitetur, parcatur illi et oretur pro illo; [98]si autem depraehenditur adque conuincitur, | secundum arbi- fº 16
trium praesbyteri uel praepositi grauius emendetur.

[99]Uestes uestras in uno habete, sub uno custode uel duobus uel quod sufficere potuerint ad eas excutiendas, ne a tineis ledantur, [100]ut sicut pascimini ex uno ⟨cellario, sic induamini ex uno⟩ uestiario. [101]Et, si fieri potest, non ad uos pertineat, quid uobis induendum pro temporis congruentia proferatur, [102]utrum hoc recipiat unusquisque uestrum quod deposuerat an aliud quod alter habuerat, [103]dum tamen unicuique quod opus est non negetur. [104]Si autem hinc inter uos contentiones et murmura oriuntur, cum queritur aliquid deterius se accepisse quam prius habuerat et indignum se esse qui non ita uestiatur, sicut alius frater eius uestiebatur, [105]hinc uos probate quantum uobis desit in illo interiore sancto habitu cordis ornatus, | qui pro habitu corporis liti- fº 16v

---

103 cf. Act 4, 35 **105** cf. Tt 2, 3

---

94 prohiciatur **99** sub] in **100** cellario sic induamini ex uno *om.* | uestiario *post. m.* uestario *a. corr.*

---

99 in unum | tinea **100** ut] et | induimini **103** quod] cuique *add.* **104** aliquis | non *deest* **105** ornatus *deest*

gatis. [106]Tamen, si uestra toleratur infirmitas, ut hoc recipiatis, quod posueritis, in uno tamen loco sub communibus custodibus habete quod ponitis.

[107]Ita sane, ut nullus sibi aliquid operetur, sed omnia opera uestra in commune fiant, maiore studio et frequentiore alacritate, quam si uobis singuli propria feceritis. [108]*Caritas* enim, de qua scribtum est quod *non quaerit quae sua sunt*, sic intellegitur, quia communia propriis, non propria communibus anteponit. [109]Et ideo, quanto amplius rem communem quam propriam uestram curaueritis, tanto uos amplius profecisse noueritis; [110]ut in omnibus quibus utitur transitura necessitas, superemineat, quae permanet, caritas.

[111]Consequens ergo est ut etiam ⟨si⟩ quis filiis, uel aliqua
f° 17 necessitudine ad se pertinentibus, in monasterio constitu|tis, aliquid uel aliquam contulerit uestem, siue quodlibet aliud inter necessaria deputandum, non occulte accipiatur, [112]sed sit in potestate praepositi, ut, in re communi redactum, cui necessarium fuerit, praebeatur.

[113]Indumenta uestra secundum arbitrium praepositi lauentur, siue a uobis, siue a fullonibus, ne interiores animae sordes contrahat mundae uestis nimius adpetitus.

[114]Lauacrum etiam corporum, cuius infirmitatis necessitas cogit, minime denegetur, [115]sed fiat sine murmure de consilio medicinae, ita ut, etiam si nolit, iubente praeposito, faciat quod faciendum est pro salute. [116]Si autem uelit, et

---

108 1 Cor 13, 5 **110** cf. 1 Cor 12, 31 et 13, 13 **112** cf. Act 4, 35

---

107 sibi] ibi **111** si *om.* | aliquis uel aliqua **112** praeueatur **113** labentur | munde **114** labacrum **115** medicine | etiam] eam | iuuente

---

107 frequentiori | faceretis **108** quaerat **109** propria uestra **111** filiis] suis filiis | contulerit uel aliquam *transp.* **116** et] forte *add.*

non expedit, suae cupiditati non oboediat. Aliquando enim, etiam si noceat, prodesse creditur quod delectat.

[117]Denique, si latens est dolor in corpore, famulo dei, dicenti quid sibi doleat, | sine dubitatione credatur; [118]et fº 17v tamen, utrum sanando illi dolori quod delectat expediat, si non est certum, medicus consulatur.

[119]Nec eant ad balneas, siue quocumque necesse fuerit, minus quam duo uel tres. [120]Nec ille qui habet aliquo eundi necessitatem, ⟨cum quibus ipse uoluerit⟩, sed cum quibus praepositus iusserit, ire debebit.

[121]Aegrotantium cura, siue post aegritudinem reficiendorum, siue aliqua inbecillitate, etiam sine febribus, laborantium, uni alicui debet iniungi, [122]ut ipse de cellario petat, quod cuique opus esse perspexerit.

[123]Siue autem qui cellario, siue qui uestibus, siue qui codicibus praeponuntur, sine murmure seruiant fratribus suis.

[124]Codices certa hora singulis diebus petantur; extra horam qui petierit, non accipiat.

[125]Uestimenta uero et calciamenta indigentibus necessaria dare non diffe|rant, sub quorum custodia sunt quae fº 18 poscuntur.

[126]Lites nullas habeatis, aut quam celerrime finiatis, [127]ne ira crescat in odium, et trabem faciat de festuca, et animam faciat homicidam. [128]Sic enim legitis: *Qui odit fratrem suum homicida est.*

---

127 cf. Mt 7, 3—5 **128** 1 Jo 3, 15

---

119 ualneas **120** cum *usque* uoluerit *om.* **121** inueccillitate **124** horam] hora

---

118 et] sed quando fuerint *add.* **119** quocumque] ire *add.* **125** calciamenta] **126** nullas] aut nullas

[129]Quicumque conuicio uel maledicto uel etiam criminis obiectu, aliquem lesit, meminerit satisfactione quanto citius curare quod fecit, [130]et ille qui lesus est, sine disceptatione dimittere. [131]Si autem inuicem se leserunt, inuicem sibi debita relaxare debebunt, propter orationes uestras, quas utique, quanto crebriores habetis, tanto saniores habere debetis. [132]Melior est autem qui, quamuis ira saepe temptatur, tamen inpetrare festinat, ut sibi dimittat, cui se fecisse agnoscit
fº 18v iniuriam, quam qui tardius irascitur et ad ueniam petendam | difficilius inclinatur. [133]Qui autem numquam uult petere ueniam, aut non ex animo petit, sine causa est in monasterio, etiam si inde non proiciatur. [134]Proinde uobis a uerbis durioribus parcite; [135]quae si emissa fuerint ex ore uestro, non pigeat ex ipso ore proferre medicamenta, unde facta sunt uulnera.

[136]Quando autem necessitas disciplinae, minoribus cohercendis, dicere uos uerba dura conpellit, si etiam ipsis modum uos excessisse sentitis, non a uobis exigitur, ut ab eis ueniam postuletis, [137]ne aput eos quos oportet esse subiectos, dum nimium seruatur humilitas, regendi frangatur auctoritas. [138]Sed tamen petenda uenia est ab omnium domino, qui nouit etiam eos, quos plus iusto corripitis, quanta beniuolentia diligatis. [139]Non autem carnalis, sed spiritalis inter uos
fº 19 debet esse dilectio. |

---

131 cf. Mt 6, 12 **133** cf. Mt 18, 35

---

129 obiectum **131** deuita | saniores] seniores **134** duorioribus **135** emissae | ore²] hore **136** minoribus] moribus | dicere uos *bis scr.* **138** iuste

---

129 aliquem] alterum | quanto citius] quantocius **136** ipsis] in ipsis **137** nimia **138** iusto] forte *add.*

140 Praeposito tamquam patri oboediatur, honore seruato, ne in illo offendatur deus; 141 multo magis praesbytero, qui omnium uestrum curam gerit.

142 Ut ergo ista seruentur et, si quid seruatum non fuerit, non neglegenter praetereatur, sed emendandum corrigendumque curetur, ad praepositum praecipue pertinebit, 143 ut ad praesbyterum, cuius est aput uos maior auctoritas, referat, quod modum uel uires excedit.

144 Ipse uero qui uobis praeest, non se existimet potestate dominantem, sed caritate seruientem. 145 Felici honore coram uobis praelatus sit uobis, timore coram deo substratus sit pedibus uestris. 146 *Circa omnes seipsum praebens bonorum operum exemplum, corripiat inquietos, consoletur pusillianimos, patiens sit ad omnes.* 147 Disciplinam libens habeat, metuendus inponat. | 148 Quamuis utrumque sit necessarium, tamen plus fº 19v
a uobis amari adpetat quam timeri, semper cogitans deo se pro uobis redditurum esse rationem.

149 Unde uos magis oboediendo, non solum uestri, sed etiam ipsius miseremini, qui inter ⟨uos⟩, quanto in loco superiore, tanto in periculo maiore uersatur.

---

140 cf. Hbr 13, 17; Ex 20, 12; Eph 6, 1—2 **144** cf. Lc 22, 25—26 et Gal 5, 13 **145** cf. Sir 3, 20 **146** Tt 2, 7 | 1 Th 5, 14 **148** cf. Hbr 13, 17 **149** cf. Sir 30, 24

---

141 omnium] omni **142** praecipuae **144** potestatem **146** praeuens *a. corr.* **148** necessarium] necessa *in fine lin.* sarium | amari] mari **149** uos² *om.*

---

142 ista] cuncta ista **143** ut] ita ut | uires] eius *add.* **145** felicem **146** praebens bonorum operum] bonorum operum praebeat | pusillianimos] pusillianimes suscipiat infirmos **147** metuendus] metum **148** quamuis] et quamuis **149** sed] uerum | qui] quia

[150]Donet dominus, ut obseruetis haec omnia cum dilectione, tamquam spiritalis pulchritudinis amatores et bono Christi odore bona conuersatione flagrantes, [151]non sicut serui sub lege, sed sicut liberi sub gratia constituti.

[152]Ut autem uos in hoc libello tamquam speculo possitis inspicere, nec per obliuionem aliquid neglegatis, semel in septimana uobis legatur. [153]Et ubi uos inueneritis ea quae scribta sunt facientes, agite gratias domino bonorum omnium
f° 20 largitori. [154]Ubi autem sibi quicumque uestrum | uidet aliquid deesse, doleat de praeterito, caueat de futuro, orans ut et debitum dimittatur et in temptatione non inducatur.

EXPLICIT REGULA SANCTI AGUSTINI EPISCOPI

[II] De cellario, qualis debeat esse

[1]Talis eligi, qui possit in omnibus guilae suggestionibus dominari; [2]qui timeat Iudae sententiam, qui ab initio fur fuit. [3]Studere debet qui hoc officio deputatur, ut audiat: [4]*Qui bene ministrauerit, bonum gradum sibi adquirit.*

---

150 *pulchritudinis amatores*, cf. Sir 44, 6 | *bono christi odore*, cf. 2 Cor 2, 15 | *bona conuersatione*, cf. 1 Pt 3, 16 **151** cf. Rm 6, 14—22 **152** cf. Jac 1, 23—25 **154** cf. Mt 6, 12—13
II 2 cf. Jo 12, 6 **4** 1 Tm 3, 13

---

150 fragrantes *a. corr. (?)* **152** oblibionem **154** deuitum
II 2 sententiam] dominari *add.* **3** debeat

---

150 bona] de bona **152** speculo] in speculo | ne **154** et[1]] ei | temptationem | explicit *usque* episcopi *desunt*
II tit.: ex Regula Magistri XVI
interrogatio discipulorum: XVI *praem.* | cellario] monasterii *add.*
II 1—8: ex Regula IV Patrum (XII) 3, 24—31
1 talis] debet talis **3** hoc] huic

[5]Nosse etiam debent fratres quia quidquid in monasterio tractatur siue in uasis siue in ferramentis uel cetera omnia esse sanctificata. [6]Si quis neglegenter aliquid tractauerit, [7]partem se habere nouerit cum illo rege, | qui in uasis domus f° 20v
dei sanctificatis cum suis bibebat concubinis, et qualem meruit uindictam.

[8]Custodienda ista praecepta et per singulos dies in auribus fratrum recensenda.

[9]Ergo cellarius monasterii non aliud est quam dispensator diuinarum rerum, [10]ut dominus in euangelio promittat fidelibus seruis suis, dicens: *Nolite cogitare quid manducetis aut quid bibatis aut quid induamini.* [11]Simul et de crastino monet non debere quemquam esse sollicitum, [12]sed hoc admonet, dicens: *Quaerite regnum et iustitiam dei, et haec omnia adponentur uobis.*

[13]Ergo cum de solo inquirendo regno et iustitia eius fuerimus solliciti, [14]dominum credamus omnia nobis ministrare, qui ultro se nobis necessaria omnia promittit adponere.

[15]Ergo omnia uictualia monasterii, quae in prae|benda f° 21
operariis suis dominus annona distribuit, [16]si male et fraudulenter a cellario distribuantur et pereant, [17]sciat se supra-

---

5 cf. Za 14, 20 **7** cf. Dn 5, 1—31 **10** Mt 6, 25 et 31 **12** Mt 6, 33 **13** cf. Mt 6, 33—34

---

5 quidquid] quid | tractantur **6** quis] quid **9** cellarium **15** annonam **16** pereat

---

8 custodienda] sunt *add.* | aures

II 9—25: ex Regula Magistri XVI 11—14; 25—37

9 *decem vv. praem.* **10** in tantum diuinarum *praem.* **12** *post* uobis *decem vv. add.* **13** solo] seruitio nostro in *add.* | iustitiam **14** nobis omnia *transp.* | qui] quia **16** cellarario

dictus cellarius in die iudicii diuinis ante tribunal ratiociniis discuti, [18]cum annonam seruorum suorum dominus per neglegentiam uiderit exterminari, [19]quia quod iuste dominus dignis tradidit, digne ab euersoribus non patitur custodiri.

[20]Qui cellararius sine praecepto abbatis nihil tribuat aut eroget uel expendat, [21]nec infirmo in praesentia eius extra iussu aliquid porrigat. [22]Elemosynam faciat cum iussu abbatis in praesentia eius. [23]In absentia uero eius, liceat ei petenti paupero elemosynam exhibere, [24]propter praeceptum domini, quod dicit: *Omni petenti te tribue*, [25]et iterum: *Da egenti, ne cui non dederis, ipse sit Christus.* |

f° 21v **[III] Quomodo debent hii qui operantur uel qui praesunt curam gerere ferramentorum utensilium eorum de quibus operantur?**

[1]Primum quidem sicut uasis dei, uel his quae deo consecrata sunt, uti debent. [2]Deinde tamquam qui non possint sine ipsis deuotionis ⟨et⟩ studii sui emolumenta consequi.

---

24 Lc 6, 30 **25** cf. Mt 25, 35—36
III 1 cf. Za 14, 20

---

24 petenti] potenti **25** dederis] deris *a. corr.* desris *post. m.* | christus] explicit *add. post. m.*
III 2 deuotionistudiissui | aemonumenta

---

17 cellararius **18** exterminari] stricari **19** tradit | digne] indigne | custodiri] stricari **22** elemosynam] cellararius *praem.* **25** iterum] item | egenti *deest*
tit.—8: ex Regula Basilii, interrog. CIII, CIIII, CVI
tit. interrogatio CIII *praem.* | hi | uel qui praesunt *desunt* **1** responsio *praem.*

[3]Quod si per neglegentiam pereat aliquid ex his, aut per contemptum dissipetur, his quidem qui contemnet, uelut sacrilegus iudicandus est, [4]et qui perdidit per neglegentiam, et ipse simile crimen incurrit, [5]pro eo quod omnia, quae ad usus seruorum dei deputata sunt, ⟨deo sine dubio consecrata sunt⟩.

[6]Quod si necessitas poscat, et his qui praeest requirat ab aliquo eorum uas uel ferramentum, et contradixerit, [7]qui seipsum et membra sua tradidit in alte|rius potestate prop- f° 22
ter mandatum domini, [8]quomodo liceat de utensilibus contradicere, huic praecipue cui cura commissa est?

[9]Sane ferramenta omnia in uno contineantur cubiculo, [10]et uni fratrum, cuius diligentiam abbas cognouerit, eius conseruandam curam committat. [11]Cottidie fratribus ad facienda opera consignet ad numerum, [12]ab eis similiter munda ipse recipiat et reponat, [13]breue tenente abbate. [14]Qui uero frater non mundum ferramentum reuocauerit, [15]referat hoc custos ferramentorum, [16]et poenae nomine annonae suae unam quadram minus accipiat usque ad satisfactionem uel emendationem.

III 4 similem | incurrat *p. corr. post. m.* **5** usus] uersus | deo *usque* consecrata sunt *om.* **6** poscit *p. corr. post. m.* **8** praecipuae **10** fratum | diligentia | commitat **11** facicienda **13** brebe | abbate] ab abbate **15** custus **16** poene

---

3 interrogatio CIIII *praem.* | his[2]] responsio. is | contemnit **6** interrogatio CVI *praem.* **7** responsio *praem.* **8** licebit

III 9—16: ex Regula Magistri XVII 1—8

9 sane *deest* | omnia] monasterii **10** fratri | cognouerit] agnouerit | eius] eorum **11** cottidie] qui *praem.* **12** ab eis] et a deiungentibus **13** breue] de omnibus *add.* **14** ferramentum] a terra de agro *add.* **15** referat hoc custos] accusatus ad mensam a custode **16** et *deest* | annonae suae] in refectione in portionem panis sui | emendationem] promissam *add., deinde quattuordecim vv. add.*

[IIII] Si qui non contentus cottidie sibi aliquid iniungi de his quae pro mandato dei incidunt, sed artificium uult discere, quali uitio aegrotat, aut si opor|tet ei adquiescere?

f° 22v

RESP

[1]Iste talis et praesumptor est et sibi placens, qui non timuit sententiam domini dicentis: *Estote parati, quia qua hora non putatis, filius hominis ueniet.* [2]Si enim cottidie expectat quis dominum, sollicitus est et trepidus quomodo praesentem diem non transeat otiosus, et nihil amplius quaerit. [3]Si autem imperatur ei artificium discere, oboedientiae suae habeat lucrum; [4]in hoc placeat deo et non in eo quod sibi placet adsumat iudicium.

[V] Si qui industrius sit et promptus ad implenda mandata, agat autem non quod iniungitur, sed quod ipse uult, quam mercedem habet?

RESP

[1]Merces eius illa ipsa est, quod sibi placet. [2]Cum autem apostolus dicat: *Unusquisque* autem *proximo suo placeat in*
f° 23 *bono ad aedificationem*, | [3]et ut amplius inclinaret et constrin-

---

IIII 1 Lc 12, 40
V 2 Rm 15, 2 3 Rm 15, 3

IIII tit. resp] respditvr *post. m.*
3 artificium *post. m.* artificum *a. corr.*
V tit. rs̄p 3 addit] addidicit

IIII: ex Regula Basilii, interrog. LXVII
tit. interrogatio LXVII *praem.* | si quis | resp] responsio 1 placens] et infidelis *add.*
V: ex Regula Basilii, interrog. LXVIII
tit. interrogatio LXVIII *praem.* | si quis | resp] responsio 2 autem²] uestrum 3 audientes

geret audientem, addit et dicit quia *et ipse Christus non sibi placuit*, [4]scire debet unusquisque periculum suum esse in eo qui uult sibi placere. [5]Simul enim et inoboediens inuenitur.

[VI] Si iniunctum fuerit aliquid fratri, et contradixerit, postea autem sua potestate abierit

RESP

[1]In eo quidem quod contradixit, quasi non obtemperans iudicandus est et uelut ceteros similem concitans malum. [2]In quo sciat se illi sententiae obnoxium, quae dicit: *Contradictiones suscitat omnis malus, dominus autem angelum inmisericordem inmittit ei.* [3]Cum enim certus sit quia non homini obtemperat, sed domino dicenti: *Qui audit uos, me audit, et qui spernit uos, me spernit*, [4]si conpunctus est recordatione mandati, prius satisfaciat, [5]et ita, si permittitur, | impleat f° 23v quod iniunctum est.

[VII] Quali affectu oportet accipere uel uestimentum uel calciamentum qualecumque fuerit?

[1]Si quidem breue aut grande est ad mensuram staturae suae, hoc indicare debet, sed cum omni uerecundia et man-

---

VI 2 Prv 17, 11 (LXX) **3** Lc 10, 16

VI tit. rs̄p
4 recordationem
VII 1 brebem

---

4 qui] quod
VI: ex Regula Basilii, interrog. LXX
tit. interrogatio LXX *praem.* | potestate] sponte | abierit] quid est *add.* | resp] responsio **1** similem] ad simile **3** enim] autem
VII: ex Regula Basilii, interrog. XCV
tit. interrogatio XCV *praem.* **1** responsio *praem.*

suetudine. [2]Si uero pro abiectione aut uiliori mouetur, aut quia non est nouum, meminerit mandati domini dicentis quia *dignus est*, non quicumque, sed *operarius mercede sua*. [3]Discutiat seipsum, si digne operatus est opera dei et adimpleuit omnia quaecumque praecepta sunt, et tunc non aliud requiret, [4]sed de eo ipso quod ei datur adhuc erit sollicitus, quia supra meritum suum accepit. [5]Hoc enim quod de aesca dictum est, etiam de omni re quae ad usus corporis pertinet, eadem forma obseruari potest.

[VIII] Si licet unicuique ueterem tunicam suam aut calciamen-
f° 24 **tum | dare cui uoluerit, misericordiae causa propter mandatum?**

RESP

[1]Dare aliquid mandati gratia pro misericordia non est omnium, sed eorum quibus istud officium credendum est. [2]His ergo ad quem pertinet dispensatio, siue bonum, siue uetus uestimentum ipse dat cui dare debet, [3]et ipse suscipiet a quo suscipi debet.

VII 2 Lc 10, 7; cf. 1 Tm 5, 18

---

2 mercedem suam **5** esca
VIII tit. rsp
1 dare] dere | istud] stud **2** siuetus

---

2 abiectione aut] abiectiori uel
VIII: ex Regula Basilii, interrog. XCVIIII
tit. interrogatio XCVIIII *praem.* | resp] responsio **1** credendum] creditum **2** is | bonum] nouum

[VIIII] Si debent peregrini intrare usque ad illa loca ubi fratres operantur, uel etiam alii de eodem monasterio debent relictis suis locis intrare ad alios?

RESP

[1]Praeter illum cui creditum est requirere operantes, id est, ad quem opus pertinet et dispensatio, [2]si quis alius inuentus fuerit hoc faciens, tamquam interturbans disciplinam et ordinem fratrum, a communi conuentu excludatur, [3]et omnino etiam a licitis progressibus inhibeatur; [4]et sedens in uno loco, in quo iudicauerit is qui praeest, | apto ad cor- f° 24v
reptionem et uindictam, nusquam prorsus permittatur accedere, [5]sed urgueatur in opus, multo plus quam consuetudo est; [6]et cottidie exigatur, usquequo discat implere hoc quod apostolus dixit: *Unusquisque in quo uocatus est, in eo permaneat.*

[X] Si oportet eos qui norunt artificia, suscipere ab aliquo opus absque conscientia uel iussione eius qui praeest et operae sollicitudinem gerit?

RESP

[1]Furti reus erit eiusmodi, uel similis his qui furibus concurrunt.

VIIII 6 1 Cor 7, 20

VIIII tit. monasterium | rs̄p
2 intertubans **3** licitis] litis **4** prosus **5** serurgueatur
X tit. iussionem | opere | rs̄p

VIIII: ex Regula Basilii, interrog. CI
tit. interrogatio CI *praem.* | etiam] si *add.* | resp] responsio **1** opus] operum | et *deest* **4** accedere] abscedere **5** urgeatur
X: ex Regula Basilii, interrog. CII
tit. interrogatio CII *praem.* | norunt] nouerunt | operae] operum | resp] responsio

[XI] Si oportet peccantibus fratribus silere et quiescere?

[1]Quia non oporteat manifestum est ex ipsius domini praeceptis, quibus in ueteri quidem testamento dicit: *Argues proximum tuum et non adsumes ex eo peccatum,* [2]in euangelio autem dicit: *Si peccauerit in te frater tuus, uade et argue eum*
f° 25 *inter te | et ipsum solum. Si audierit te, lucratus es fratrem tuum.* [3]*Si uero non audierit te, adsumes tecum alium unum aut duos, ut in ore duorum uel trium testium stet omne uerbum.* [4]*Si autem et ipsos non audierit, dic ecclesiae; si uero nec ecclesiam audierit, sit tibi sicut gentilis et publicanus.*

[5]Quantum autem sit crimen huius peccati, dinoscitur primo quidem ex sententia domini qua dicit: *Qui incredulus fuerit filio, non habet uitam aeternam, sed ira dei manet super eum*; [6]tum deinde ex historiis, quae uel in ueteri, uel in nouo testamento referuntur: [7]nam Achas ille cum furatus est linguam auream, super omnem populum ira domini facta est, [8]et quidem populo peccatum quod conmiserat ignorante usquequo manifestatus est; [9]et pertulit cum omni domo sua
f° 25v orrendum illud ac famosissimum inte|ritum.

[10]Sed et Heli sacerdos, equidem cum non siluisset peccantibus filiis, qui erant filii pestilentiae, [11]immo et frequenter commonens et castigans et dicens: *Non bona audio ego de*

XI 1 Lv 19, 17 (LXX) **2—4** Mt 18, 15—17 **5** Jo 3, 36 **7—9** cf. Jos 7, 1—26 **10—11** cf. 1 Rg 2, 12—25 **11** 1 Rg 2, 24 (LXX)

XI 5 sententia] sen *in fine lin.* tia **8** ignoranter **9** horrendum **11** iudicium

---

XI: ex Regula Basilii, interrog. CXXII

tit. interrogatio CXXII *praem.* **1** responsio *praem.* **3** adsumes] adhuc *add.* **5** habebit **7** facta est ira domini *transp.* **9** illum **10** equidem] et quidem **11** non] nolite filii *praem.*

uobis, et cetera, quae uel peccatum arguerent, uel de dei iudicio commonerent; [12]tamen quoniam non uindicauit, neque digno zelo dei aduersum eos motus est, [13]in tantum dei iracundiam prouocauit, ut etiam uniuersus populus pariter cum filiis suis extingueretur, et arca testamenti ab alienigenis raperetur, [14]et ipse insuper omnibus subuersis miseranda morte corrueret. [15]Quod si uel in populum ignorantem de unius peccato, uel in patrem qui commonuerat et corripuerat filios pro peccato, tanta dei iracundia accensa est, [16]quid sperandum est de his qui cognoscunt aliorum delicta et | re- fº 26
ticent, nec qualemcumque adhibent correptionem.

[17]Quos utique conueniret obseruare illud quod apostolus dicit ad Corinthios: Quare *non potius luctum habuistis ut tolleretur de medio uestrum qui hoc opus fecit*, et reliqua; [18]uel illud: *Ecce enim hoc ipsum secundum deum contristari quantum ⟨operatum⟩ est uobis sollicitudinem: sed excusationem, sed indignationem, sed timorem, sed desiderium, sed aemulationem, sed uindictam.*

[19]Unde et metuere debent, ne forte etiam nunc similem ueteribus interitum sumant, hi qui similiter neglegunt, [20]immo et grauius, quanto spernere legem Christi perniciosius est quam legem Moysi. [21]Sed et hic conpetit illud aptari, quod dixit: *Septies uindicatum esse de Cain, de Lamech septuagies septies.*

12—14 cf. 1 Rg 2, 27—4, 17 **14** cf. 1 Rg 4, 18 **17** 1 Cor 5, 2 **18** 2 Cor 7, 11 **21** Gn 4, 24 (LXX)

---

13 filiis] fidiliis | extinguretur **15** si uel] siue **18** operatum *om.* | emulationem **20** perniciosus

---

17 ad corinthios dicit *transp.* | e medio **18** hoc] et hoc **21** sed et hic] et his | esse] est | lamech] uero *add.*

fº 26v **[XII] Erga eum qui pro peccato non | paenitet, qualiter esse debemus?**

RESP

[1]Sicut dominus praecepit dicens: *Sit tibi sicut gentilis et publicanus*, [2]et sicut apostolus docuit, dicens: *Subtrahite uos ab omni fratre ambulante inquiete et non secundum traditionem quam tradidimus uobis.*

[XIII] Si debet habere aliquid proprium, qui inter fratres est?

RESP

[1]Hoc contrarium est illi testimonio, quod in Actibus Apostolorum de illis qui credebant primitus scribtum est. [2]Ibi enim ita dicit quia *nemo quidquam ex bonis suis dicebat proprium esse, sed erant illis omnia communia.* [3]Si qui ergo proprium dicit aliquid, sine dubio alienum se facit ab electis dei et caritate domini, qui docuit uerbo et opere conpleuit, qui *animam suam posuit pro amicis suis.* [4]Si ergo ipse animam suam pro amicis dedit, quomodo nos etiam ea quae extra
fº 27 animam | sunt propria uindicamus?

XII 1 Mt 18, 17 **2** 2 Th 3, 6
XIII 1—2 Act 4, 32 **3** Jo 15, 13

XII tit. peccatum | penitet | rsp̄
XIII tit. rsp̄
1 illi] illis **2** ita] ait ac | quiquam | commonia

XII: ex Regula Basilii, interrog. XXVIII
tit. interrogatio XXVIII *praem.* | resp] responsio **2** inquiete ambulante *transp.*
XIII: ex Regula Basilii, interrog. XXVIIII
tit. interrogatio XXVIIII *praem.* | resp] responsio **2** proprium dicebat *transp.* **3** si quis | proprium] sibi esse *add.* | caritate] a caritate

[XIIII] Interrogatio: Qui detrahit de fratre, aut audit detrahentem et patitur, quid dignus est?

1 Excommunicari; *detrahentem* enim, inquit spiritus, *occulte aduersus proximum suum, hunc persequebar.* 2 Et alibi dictum est: *Noli libenter audire detrahentem, ne forte eradiceris.*

[XV] Quod si de eo detraxerit qui praeest, quomodo eum obseruabimus?

RESP

1 In hoc manifestum est iudicium iracundiae dei, quae facta est super Maria, 2 cum detraxit Moysi, et peccatum eius, ne ipso quidem Moyse orante, inultum esse permisit.

[XVI] Si ex toto rideri non licet?

RESP

1 Cum dominus eos qui nunc rident condemnet, manifestum est quia numquam tempus est risus fideli animae, 2 et

---

XIIII 1 Ps 100, 5 **2** Prv 20, 13 (LXX)
XV 1—2 cf. Nm 12, 1—15

XIIII 1 inquid
XV tit. obseruauimus | rsp
2 moyse] mose | esse] ess
XVI tit. rsp

XIIII: ex Regula Basilii, interrog. XLIII
tit. interrogatio] XLIII *add.* **1** responsio *praem.* | spiritus *deest*
XV: ex Regula Basilii, interrog. XLIIII
tit. interrogatio XLIIII *praem.* | qui praeest detraxerit *transp.* | resp] responsio **1** in] et in | mariam **2** inultum] deus *add.*
XVI: ex Regula Basilii, interrog. LIII
tit. interrogatio LIII *praem.* | ridere | resp] responsio

fº 27v maxime cum tam plurimi sint, qui per praeuaricationem legis | deum non honorent et in peccatis suis moriantur, [3]pro quibus utique tristari indesinenter conuenit ⟨et⟩ lugere.

[XVII] Quae est materies uel causa malorum, quae in fornace timoris dei excoqui debent, uel quae est erugo uel sordities uitiorum, quam de nobis debet lima iustitiae emundare?

RESP DNS

[1]Cauenda nobis uitia haec sunt: [2]primo superbia, deinde inoboedientia, multiloquium; [3]falsitas, auaritia, cupiditas; [4]zelus, inuidia, iniquitas; [5]odium, *inimicitia, ira, rixa, contentio*; [6]fornicatio, ebrietas, uoracitas; [7]murmurium, impietas, iniustitia, pigritia, furtum; [8]detractio, scurrilitas, leuitas, inmunditia, uaniloquium; [9]risus multus uel excussus, succinnatio; [10]concupiscentia, dolus, ambitio, uagatio. [11]Haec om-
fº 28 nia non sunt a deo, sed | opera sunt diaboli, quae in die iudicii a deo meritum suum perpetui ignis gehennam merentur.

XVII 3—4 cf. Rm 1, 29 et Gal 5, 20—21 **5** Gal 5, 20 **6—8** cf. Rm 1, 29—30 et Gal 5, 19 et 21 **10** cf. Eph 5, 3—4 **11** cf. 1 Jo 3, 10 et 8

---

3 et *om.*
XVII tit. resp] R̄
2 superuia *a. corr.* **11** gehenna

XVII: ex Regula Magistri V
tit. interrogatio discipulorum: V *praem.* | debent] debet | mundare | resp dns] respondit dominus per magistrum **1** nobis] in nobis

[XVIII] De oboedientia discipulorum, qualis debeat esse

RESP DNS

[1]Primus humilitatis gradus est oboedientia sine mora. [2]Sed haec forma paucis conuenit et perfectis, in his qui nihil sibi a Christo carius aliquid extimantes, [3]propter seruitium sanctum, quod professi sunt, uel propter metum gehennae uel diuitias uitae aeternae, [4]mox aliquid imperatum a maiore audierint, moram pati nesciunt in sequendo. [5]De quibus dominus dicit: *Obauditu auris obaudiuit mihi.* [6]Et item dicit doctoribus: *Qui uos audit, me audit.* [7]Ergo hii tales relinquentes statim quae sua sunt et uoluntatem propriam deserentes, [8]mox exoccupatis manibus et quod agebant inperfectum relinquentes, uicino oboedientiae | pede iubentis uocem fº 28v factis sequuntur. [9]Et ueluti uno momento praedicata magistri iussio et perfecta discipuli opera in uelocitate timoris dei ambae res communiter citius explicentur.

[10]Sed haec paucorum perfectorum forma infirmorum et pigrium animos in desperatione sua satis non reddat adtonitos, sed moneat imitandos. [11]Nam considerantes in nobis diuersa esse uasa flebilia, cum multum in diuersis pigritiae contulit tarda natura — [12]nam quorumdam auditus noscuntur surdo stupore hebescere, quorumdam etiam animos fusione subita in siluosis cogitationibus cernimus aberrare —, [13]ideoque re-

---

XVIII 5 Ps 17, 45 6 Lc 10, 16

XVIII tit. resp] rsp̄
5 obauditu auris *bis scr.* 8 iuuentis 9 unono 10 imitandus 11 multis 12 hebescere] euiscere

---

XVIII: ex Regula Magistri VII tit.—15; 20—74
tit. interrogatio discipulorum: VII *praem.* | resp dns] respondit dominus per magistrum 8 relinquentes] derelinquentes

missius districtionem oboedientiae in doctoribus relaxamus, ut conbinata praeceptione discipulis et iussionem suam ma-
fº 29 gistrum non pigeat repetere, [14]secundum tes|timonium domini, qui uocans Abraham, nomen eius denuo repetiuit dicens: *Abraham, Abraham.* [15]Quae ergo repetitio manifestat nobis dominum ostendisse non posse sufficere unam uocem auditui, [16]ut quamuis tardi aut neglegentes sint auditores, cum secundo eis dicta primitus repetuntur, usque adeo dignum est, ut secunda iam oboedientibus factis mora rumpatur. [17]Si uero tertia, quae absit contingat, in discipulis oboedientiae mora si fuerit, culpa contumaciae reatui deputetur.

[18]Nam et illud de duabus uiis congrue hic et conuenienter taxandum est, id est *latam, quae ducit ad interitum*, et *angustam, quae ducit ad uitam.* [19]In quibus duabus uiis diuersorum hominum oboedientiae gradiuntur, [20]id est, per latam
fº 29v uiam saecularium et sarabaitarum et girouagorum mona|chorum, [21]qui aut singuli aut bini aut terni sine maiore ipsi sibi aequaliter uiuentes, [22]et pro alterno imperio quidquid cuique placuerit sibi uicibus inuicem imperantes, et quae uoluerint peculiariter in se defendentes, [23]cum in proprio unusquisque consilio non uult se uinci, scandalum sibi tales numquam faciant esse absentem. [24]Mox ⟨post⟩ studiosam litem male congregati a se inuicem separantes, [25]et sicut grex sine pastore

---

14 Gn 22, 1 **18** Mt 7, 13—14 **25** cf. Mt 9, 36; Ez 34, 5; 3 Rg 22, 17

---

13 conuinata **14** repitiuit *a. corr.* **15** quaergo **16** quamuis tardi aut] quam tardia | dictam | adeo] a dō **18** congruae **21** bini] uini **22** inperantes | peculiater **24** post *om.* **25** occursuros

---

13 repetire **15** *post* auditui *quattuor vv. add.* **16** in praeceptionibus uero ideo magistri iussio repetitur *praem.* **17** contingat] ut *praem.* **21** aut[2] *deest* | aut[3]] et | uiuentes] et uoluntarie ambulantes *add.*

aberrans, per diuersa disparsus, sine dubio lupi faucibus occursurus, [26]prouidente sibi non deo, sed arbitrio proprio nouas iterato cellas, et de se solo sibi soli abbatis nomine inponentes, monasteria uideas pluriora esse quam monachos.

[27]In hoc enim uia lata talibus creditur ambulari, cum in nomine monachi communi more uiuentes cum laicis, solo tonsurae habitu | separati, oboedientias suas magis desideriis fº 30
subministrant quam deo, [28]et suo iudicio putant sibi licere quae mala sunt, [29]et quidquid noluerint, hoc putant non licere, [30]et acceptum ducentes, ut cogitationibus suis corpori eorum magis prouideatur quam animae, [31]id est ut uictum et uestitum et calciarium magis sibi melius ipsi posse cogitare quam alium. [32]Nam de futuris ratiociniis animae neglegendo ita se reddunt securos, ut, sine maiorum probationibus sub proprio arbitrio militantes, credunt se omnem legem et iustitiam dei perfecte in cellula operari. [33]Nam si forte superuenientium quorumdam maiorum cum emendationum quaedam eis monita ministrantur et inutilis eis docetur talis solitaria dispositio habitandi, mox ei displicet cum ipsa doctoris | fº 30v
persona consilium. [34]Et statim non in consentiendo ei uel in sequendo eum emendationem promittunt, sed respondunt se uiuere debere simpliciter, [35]nescientes illud quod dixit propheta: *Corrupti sunt et abominabiles facti sunt in uoluntatibus suis*, [36]et illud testimonium Salomonis, quod dicit: *Sunt uiae, quae uidentur hominibus rectae, quarum finis usque ad profundum inferni demergit.*

---

35 Ps 13, 1 **36** Prv 16, 25; cf. Prv 14, 12 et Mt 18, 6

---

26 prouidentes | abbati **27** ambulare | tunsurae **28** iudicio] iudio **32** securus | perfectae | cellulam **35** boluntatibus

---

27 talibus] a talibus **29** quidquid] uoluerint hoc dicunt sanctum et quod *add.* **31** ut *deest* | et[1] *deest*

[37]Ideo enim uia lata a talibus ambulatur, quia quocumque eos desideriorum duxerit pes, mox adsensus sequuntur, [38]et quidquid concupierint concupiscentiae eorum, ilico paratissimus seruit effectus. [39]Et nouas sibi licentiae calles uel liberi sine arbitrio magistri facientes, uiam uitae suae inlicitis
fº 31 uoluptatum diuersitatibus delatant, [40]et quacum|que eorum delectationes uoluerint progredi, licentes et patibulos sibi praebeunt gressus, [41]illud semper scire nolentes, quia *homini creato mors iuxta introitum delectationis posita est*, [42]et quod eis dictum sit: *Post concupiscentias tuas non eas et a uoluntatibus tuis auertere*, surdo auditu pertranseunt.

[43]E contrario, quibus uero ad uitam aeternam ambulandi amor incumbit, ideo angustam uiam arripiunt, [44]ut non suo arbitrio uiuentes uel desideriis suis et uoluptatibus oboedientes, sed ambulantes alieno iudicio et imperio, [45]non solum in supradictis desideriis suis et uoluptatibus coartantur et facere suum nolunt, cum possunt, arbitrium, [46]sed etiam alieno se
fº 31v imperio subdunt et in coenobiis degentes abbatem sibi prae- | esse, non nomen ipsud sibi inesse desiderant. [47]Sine dubio hii tales illam domini imitantur sententiam, quae dicit: *Non ueni facere uoluntatem meam, sed huius qui me misit.* [48]Et proprium non facientes arbitrium, abnegantes propter Christum semetipsos, sequuntur deum, quocumque abbatis praeceptio duxerit.

---

41 *Passio Sebastiani* 14 **42** Sir 18, 30 **47** Jo 6, 38 **48** cf. Mt 16, 24

---

38 seruit] seuit **39** nobas | calles] colles **40** quacumque] quacum *in fine pag.* **41** introintroitum **44** aruitrio *a. corr.* | amuulantes *a. corr.* **46** cenobis

---

37 adsensu **39** arbitrio magistri] magistro arbitrii **40** gressos **47** huius] eius

[49]Et non solum de temporalibus necessariis, id est uictum et uestitum, non coguntur sibi sub abbatis sollicitudine cogitare, sed et de futuris suae ratiociniis animae, [50]solam in omnibus praeceptori oboedientiam ministrando, de ceteris utilitatibus suis tam corporis quam animae redduntur securi, [51]quia siue bene, siue male, pastori incumbit, quod in ouibus exercetur, [52]et illum tanget in discussionis iudicio rationem reddere, qui imperauit, non qui imperata perfecit, siue | bona, fº 32
siue mala.

[53]Ideo enim uia angusta a talibus creditur ambulari, quia propria in eis desideria minime adimplentur et non quod uolunt perficiunt, [54]sed alieni iudicii iugum trahentes, quo ire delectationibus suis uoluerint, repelluntur, et a magistro eis, quod agere aut facere uoluerint, denegatur. [55]Amaricatur uoluntati eorum cottidie in monasterio pro domino, et ad probationem quaque iniuncta fuerint, sustinent uelut in martyrio patienter, [56]sine dubio illud domino cum propheta dicturi in monasterio: *Propter te morti adficimur tota die, extimati sumus ut oues occisionis,* [57]et item postea dicturi in iudicio domino: *Probasti nos, deus, igne nos examinasti, sicut igne examinatur argentum.* [58]*Induxisti nos in laqueum. Posuisti tribulationes in dorso nostro.* [59]*Inposuisti homines super* | ⟨*ca-* fº 32v
pita nostra. [60]Cum ergo dicent: *Inposuisti homines*⟩ *super capita nostra,* noscuntur habere super se debere maiorem constitutum uice dei, quem in monasterio timeant. [61]Et subsequente testimonio, conuenienter domino dicunt in illo iam

---

56 Ps 43, 22 **57—59** Ps 65, 10—12 **60** Ps 65, 12 **61** Ps 65, 12

---

49 abbatisollicitudine | rationiniis *a. corr.* **54** repellentur *a. corr.* **59** hominesuper *a. corr. post. m.* | capita nostra *om.* **60** cum *usque* homines *om.* **61** testimonium *p. corr.*

---

49 et uestitum] uestitum et calciarium **55** quaeque **61** subsequentes testimonium | conuenienter] item *add.*

saeculo: *Transiuimus per ignem et aquam, et induxisti nos in refrigerium*, [62]hoc est: transiuimus per amaricationes uoluntatum nostrarum, et seruitio oboedientiae peruenimus ad tuae refrigerium pietatis.

[63]Sed haec ipsa oboedientia tunc acceptabilis erit deo et dulcis hominibus, si quod iubetur, non trepide, non tepide, non tarde, uel cum murmurio uel cum responso nolentis efficiatur, [64]quia oboedientia, quae maioribus praebetur, deo datur, sicut dicit dominus doctoribus nostris: *Qui uos audit, me audit*, [65]et alibi dicit: *Obauditu auris obaudiuit mihi*; [66]ergo
f° 33 ipsa oboedientia si cum bono animo a discipulis praebea|tur, quia *hilarem datorem diligit deus*. [67]Nam si cum malo animo discipulus oboedit, si non solum nobis de ore, sed deo de corde inproperat, quod malo animo facit, [68]et quamuis impleat quod ei fuerit imperatum, tamen acceptum iam non erit deo, qui cor eius respicit murmurantem, [69]et quamuis faciat quod iubetur, tamen cum malo illud animo facit, [70]nullam ei de ipso mercedem dominus inputabit, cum scrutans mox deus cor eius, triste facientis uotum in eo inuenerit.

[XVIIII] Cum hora diuini officii aduenerit, mox debere fratrem ad oratorium festinare

RESP

[1]Cum aduenisse diuinam horam percussus in oratorio indix monstrauerit, mox laborantes opus proiciant, artifices

---

63 cf. Rm 14, 18; 1 Pt 2, 5 **64** Lc 10, 16 **65** Ps 17, 45 **66** 2 Cor 9, 7 **70** cf. Ps 7, 10

---

61 transibimus | aqua **62** transibimus **63** dulcius | trepidae | tepidae | tardę **70** inputauit | tristae | inuenerit] innuerit
XVIIII tit. fratrem] cratem *a. corr.* | r̄sp **1** diuinina hora | artfices

---

67 si[1] *deest* | deo] et deo **70** ipso] ipso facto | cor] corda
XVIIII: ex Regula Magistri LIIII
tit. LIIII *praem.* | fratres | resp *deest*

ferramenta dimittant, scribtores litteras non integrent. [2]Omnis fratrum manus deserat quod agebat. Festinet statim cum grauitate pes | ad oratorium, sensus ad deum, ut mox ad pri- fº 33v
mam orationem occurrant, [3]et tamquam apes ad mel, intrantium in oratorium fratrum examen ebulliat, [4]ut qui tacitus erat sancti oratorii locus, statim psalmorum clamoribus impleatur, et silentium loci sancti ad relictas migret officinas et opera.

[5]Cum uero indix in oratorium semper percussus fuerit, mox omnes audientes, antequam currant, faciant sibi crucem in fronte, respondentes «deo gratias».

[XX] De quot passibus frater, relicto labore, ad oratorium debeat occurrere

RESP

[1]Cum sonauerit indix, laborans frater aut solus aut multi, mox relicto ferramento, perpendat si debeat ad oratorium festinare aut non, [2]et hoc liceat, ut de quinquaginta pedibus longe a monasterii limen cum grauitate debeat ad oratorium | fº 34
festinare; [3]quod si supra hunc numerum fuerit loci longinquitas, iam non uadat, [4]sed ibi, relicto de manibus ferramento, suam flectens ceruicem, quae aguntur in oratorio genua, opus dei sibi lente dicant.

[5]Aut si urguet fratrem quaeuis opera facienda, psalmos ibi, tamen cum gloriis suis, conternet; [6]nam ipsae gloriae

---

XX tit. quod | debeant | rs̄p
6 ipse

---

1 litteram **5** oratorio

XX: ex Regula Magistri LV tit.—6; 8—11; 13—18

tit. interrogatio discipulorum: LV *praem.* | debet | resp] respondit dominus per magistrum **1** indix] ab abbate percussus *add.* | perpendat] extimatione oculorum suorum citius *praem.* **2** liceat] eligat | pedibus] passibus **3** uadant **4** dicant] et ipsi *add.* **5** ibi] sibi **6** quia gloriae illae quae inter eos dicuntur pro orationibus constant *praem.*

flexo semper capite a psallente dicantur. [7]Conplens sibi ipse, mox quod faciebat repraehendat.

[8]Ideo enim, si plus a quinquaginta passibus longitudo fuerit loci, a laborante fratre iam non diximus ad oratorium ambulari, [9]ne currentes de longe fratres festinatione nimia, concito certatim inter se cursu, non cum grauitate sed cum lasciuia currant, [10]et lassatis longo itinere, cum tarde ingressi oratorium fuerint, palpitante post uiam stomacho, uocem
f° 34v psalmi non ualeant adimplere, | [11]et tunc in despectione . . . [12]et damnum constitutae horae longinquitas faciat.

[13]Intra monasterium uero qui urguentibus communis utilitatis necessitatibus occupantur, [14]clara uoce, cum a psalmo cessatur et orationi incumbitur, petant ad oratorium se debere haberi in mente, [15]et tamen in eodem loco, in quo occupantur, lente sibi opus dei, sequendo oratorii uocem, adimpleant. [16]Et explicatis simul per uices psalmis, in eodem loco, in quo stant aut sedent, in orationibus genua flectant.

[XXI] De fratribus qui ad opus dei tarde occurrunt

RESP

[1]Frater qui nocturnis et matutinis et lucernariis primam orationem aut psalmum perdiderit, foris eum in terrore aput

---

8 ambulare **10** adinplere **15** adinpleant
XXI tit. rsp
1 fratres

---

6 *post* dicantur *unum v. add.* **7** quibus expletis cum uersu et oratione *praem.* **8** a laborante] ab laborante **10** lassati | *post* adimplere *unum v. add.* **11** despectione] desperatione uel damno suo spiritalis frater uersetur et grauiter contristatus quod non meruit opus dei nec in agro inplere nec in oratorio **12** horae] ei *add.* **16** simul et explicatis *transp.*

XXI: ex Regula Magistri LXXIII

tit. LXXIII *praem.* | resp *deest* **1** nocturnis et] in nocturnis | foris eum in terrore] agitato ei in oratorio in terrore capite foris eum

semetipsum de emendatione abbas moneat. [2]Si secundam orationem uel psalmum perdiderit, ibi in oratorio praesente | fº 35 congregatione post psalmum expletum corripiatur acerbe. [3]Si uero post tertiam orationem uel psalmum intrauerit, mox una cum decano suo foris de oratorio excommunicati iacentur, [4]et non prius ad ueniam reuertantur, nisi humilitatis satisfactio ab eis aequaliter ante limen oratorii fuerit operata. [5]Sed hoc ut superiori titulo diximus de intra quinquaginta passus longitudine.

[6]In tertia uero, sexta et nona, qui post signum indicis percussi ad primam orationem et primum psalmum non accucurrerit, in oratorio praesentibus omnibus acerbe corripiatur. [7]Post secundam uero orationem et secundum psalmum qui occurrerit, etiam sic excommunicatus cum suis exeat praeposito, hoc est decano.

[8]Ad mensae uero psalmum uel uersum qui non adfuerit, semote et non signatum et sine data et accepta benedictione | fº 35v manducent et bibant, [9]sine alicuius eloquio usque dum se leuet. [10]Et merito sine alicuius eloquio hominis debet reficere, quia ante refectionem cum deo non est locutus. [11]Posteriori uero uersu mensae qui non adfuerit deo post refectionem gratias redibere, in sequenti refectione talem poenam in sequestrando suscipiat, qualem ille qui ante refectionem cum domino non est locutus.

[12]Haec uero correptiones uel excommunicationes dumtaxat his constitutae sunt, qui sunt uoluntatis neglegentia

---

2 acerue **4** reuertantur] reuertan *in fine lin.* tantur | humilitatisfactio **6** indiciis | acerue **8** mensam | uel *bis scr.* | et[3] *sup. lin.* **10** locutus] locus **11** mensę | retibere **12** uel] uex

---

3 decano suo] praepositis suis **6** tertia uero] prima uero tertia **7** et] uel | etiam] iam | praeposito hoc est decano] praepositis foris **8** psalmum] antifanam | uersum] priorem *add.* **9** leuent **10** quia] qui **11** domino] deo

tardi et nullis monasterii utilitatibus occupantur. [13]Qui etiam si propria uoce ad oratorium debere se ut absentes proclament in orationibus memorari, praetermittantur a fratribus, [14]et sciant se excommunicatos, quos non utilitas monasterii ⟨sed neglegentia occupauit. [15]Nam pro utilitate monasterii⟩ occu-
f° 36 pati digne absentes a praesentibus in orato|rio memorantur, [16]sic tamen occupati in eodem loco dicentes sibi opus dei et ipsi.

[17]Nam frater qui correptus in oratorio fuerit, etsi non oratorium iubeatur exire, tamen psalmum et responsorium aut lectionem aut uersum tandiu non inponat, [18]usque dum intra ipsum oratorium procul satisfecerit ad uestigia curuatus et in uoce humili petierit pro se orari.

[19]Occupatus absens in oratorio habeatur in mente. [20]Qui per neglegentiam aut tarditatem occupantur, tacite praetermittantur, quia potius peccatum adquiritur, nolentes deum in orationibus memorare.

[XXII] Post conpletorios neminem debere loqui

RESP

[1]Expletis omnibus cum festinatione diei officiis, non sit occasio, unde loqui cogamur, dicentes: [2]«Iam enim hora est,

---

14—15 sed *usque* monasterii *om.* **17** oratorium] in *praem.* **19** oratorium **20** neglegentia | tarditate | tacitae

XXII tit. rēsp.

---

18 procul] pro culpa | uestigia curuatus] genua incuruatus **19** occupatus] frater qui pro utilitate monasterii occupatur

XXII: ex Regula Magistri XXX tit.; 8—30

tit. interrogatio discipulorum: XXX *praem.* | resp] respondit dominus per magistrum **1** *septem vv. praem.* | expletis] ergo omnibus abbas dicat: eia fratres mouete uos ut *praem.* | cum festinatione diei officiis *deest* | dicentes *deest*

ut nos domino commendemus, [3]et finitis ante | omnibus diei f° 36v
officiis, intrantes noctem, pariter os nostrum loquendi claudatur ad requiem et oculos ad soporem». [4]Ergo ⟨ubi⟩ haec omnia, cum adhuc loquendi et aliquid imperandi licentia tribuitur, omnia fuerint adimpleta, [5]factis conpletoriis ideo in ultimo dicent: *Pone, domine, custodiam ori meo et ostium continentiae circum labia mea,* [6]et *Signatum est super nos lumen uultus tui domine.* [7]Mox ingrediantur silentium et suis se conlocent lectis et tanto silentio redigantur, ut usque ad nocturnos putetur nullus ibidem esse de fratribus.

[8]Ideo enim post conpletorios silere debemus, ut merito in nocturnis primo dicamus domino: *Domine, labia mea aperies, et os meum adnuntiabit laudem tuam,* [9]hoc est, petamus dominum debere aperire in nocturnis labia nostra, quae sua custodia in conpletoriis clauserat. [10]Uides er|go, quidquid f° 37
aperitur, agnoscitur prius fuisse clausum.

[11]Sed ne forte, cum silentium custoditur, aliqua maior necessitas utilitatis ad loquendum fratrem perurgueat et frater fratri uult loqui, [12]si lumen cicindeli aut lucernae fuerit, de manu uel nutu capitis uel nutu oculorum, [13]aut certe, si deest lumen, frater ad fratrem necessarium uadat, et quod opus fuerit, tamen ad aurem ei lente loquatur, ut alter tertius eum non audiat. [14]Simul et si frater aliqua necessitate post somnum ante nocturnos conpellatur loqui, [15]prius uersum consuetum nocturnis dicat sibi lente, id est: *Domine, labia mea*

XXII 5 Ps 140, 3 **6** Ps 4, 7 **8** Ps 50, 17 **15** Ps 50, 17

---

3 diei] ante **4** ubi *om.* **7** ut] et **8** aparies | adnuntiauit **14** somnum] omnium **15** dominus

---

3 ante *deest* **5** ideo *deest* | dicent] dicant hunc uersum | continentiae *usque* mea] circumstantiae labiis meis **6** *tot. deest* **7** ibidem] ibi **8** silere] tacere **11** maior *deest* **14** loqui] aliquid *add.* **15** nocturni

aperies, et os meum adnuntiabit laudem tuam, [16]et loquatur lente quod opus est.

[17]Nam manducandi aliquid aut bibendi uel aquam nullam fratri post conpletorios permissionem concedimus.

fº 37v [18]Si qui uero de extraneis | post conpletorios monasterio aduenerit, a domesticis fratribus tacito ministerio recreentur propter regulae constitutum, [19]et lotis eorum pedibus, conplentes postmodum sibi lente, et ipsi peregrinorum lectis delegentur dormire. [20]Mox clausis ab hoc regiis, in suis et ipsi ascendentes stratis, per horarum silentium et noctis adpetant somnum.

[21]Si quis uero frater post conpletorios aut manducare aut uel aquam bibere aut uerba contexere fuerit depraehensus, hanc excommunicationis poenam suscipiat: [22]alia die in ieiunio continuatus, tertia reficiat, qui praesumpsit inlicita. [23]Quae excommunicationis poena tandiu in continuatione permaneat, quamdiu per humilitatis satisfactionem de emen-

fº 38 datione promissa ab eo qui praeest uenia fuerit postulata. |

[XXIII] Refrenari debere liberum arbitrium fratrum

RESP

[1]Frater qui uotum fecerit supra modum constitutum aut ieiunare aut superponere [2]et sine iussu abbatis uoluerit aliqua

---

15 adnuntiauit **18** ministerio] monasterio **20** ipsis | adpetant] adrepant **21** aqua | suscipiant **23** quae] qua | tamdiu | satisfactione

XXIII tit. rs̄p

---

16 lente *deest* **18** conpletorios] perfectos *add.* | aduenerint | recreentur] et lente eis responsum reddatur *add.* **20** hoc] ostiariis | ascendentes] iacentes **21** aut uerba contexere *desunt* **22** die] accusatus *add.* | tertia] die *add.* **23** qui praeest] ab abbate praesente aut a praepositis

XXIII: ex Regula Magistri LXXIIII

tit. LXXIIII *praem.* | fratris arbitrium | resp *deest* **1** superponere] aut abstinere *add.*

agere suae uoluntatis arbitrio, [3]magis non permittatur, quia etiam per bonum ei subripit diabolus, ut propriam cogat facere uoluntatem, [4]cum in monasterio non liceat fratri suam facere uoluntatem.

[XXIIII] De disciplina psallendi

RESP

[1]Tanta debet esse reuerentia et grauitas uel disciplina psallendi, ut amabilius a domino, quam a nobis dicitur, audiatur, [2]sicut ait scribtura: *Bene psallite in iubilatione, quia rectus est sermo dei*, [3]et iterum: *Exultate ei cum tremore*, [4]et iterum: *Psallite domino sapienter.* [5]⟨Ergo si sapienter⟩ et cum timore iubet psalli, oportet psallentem inmobili corpore, inclinato capite stare, et | laudes domino moderate canere, fº 38v [6]quippe qui ministerium suum ante diuinitatem implet, [7]docente propheta, cum dicit: *In conspectu angelorum psallam tibi.* [8]Nam considerare debet qui psallet semper, ne alibi sensus eius emigret, [9]ne, cum in alia cogitatione sensus noster

---

XXIIII 2 Ps 32, 3—4 3 Ps 2, 11 4 Ps 46, 8 7 Ps 137, 1 9 Mt 15, 8; cf. Is 29, 13 (LXX)

---

3 quia] qui
XXIIII tit. rēsp
5 ergo si sapienter *om.* | moderatae 6 diuinatatem | inplet 9 nec

---

3 cogat] fratrem *add.* 4 liceat *usque* uoluntatem] licet fratri sua facere uoluntate quod uult
XXIIII: ex Regula Magistri XLVII tit.—22; 24
tit. interrogatio discipulorum: XLVII *praem.* | resp] respondit dominus per magistrum 1 reuerentia et] reuerentiae 2 bene] exitus matutini et uespere delectaberis (Ps 64, 9) et item *praem.* | psallite] ei *add.* | dei] domini 3 iterum] item 4 iterum] item 8 emigret] demigret

migrauerit, de nobis dicat deus: *Populus iste labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me,* [10]et item de nobis dicetur: *Et dilexerunt eum in ore suo, et in lingua sua mentiti sunt ei,* [11]*cor autem eorum non erat rectum cum eo*; [12]et iterum de nobis dicatur: *Ore suo benedicebant et corde suo maledicebant,* [13]et ne cum in sola lingua deum laudamus, in sola regia oris nostri deum admittamus, et intus in domum cordis nostri introductum diabolum conlocemus. [14]Fortior enim ab introducente
f° 39 iudicatur qui intus ingreditur, quam qui foris | expectat. [15]Ergo ad tantum et talem officium cor pariter cum lingua conueniat cum timore domino cottidianum debitum redibere. [16]Et notet sibi in corde qui psallet ad singula omnia testimonia, quae dicit, quia singuli uersus, si notentur, proficiunt animae ad salutem, [17]et in eis totum inuenitur, quod quaeritur, quia omnia ad aedificationem loquitur psalmus, [18]dicente propheta: *Psallam et intellegam in uia inmaculata, quando uenies ad me.* [19]Qui sonat in uoce, ipse sit et in mente psallentis. [20]Psallamus ergo uoce et mente communiter, dicente apostolo: *Psallam spiritu, psallam et mente.* [21]Non solum uocibus, sed et corde ad deum clamare.

[22]Cauendum namque est, cum psallitur, ne frequens tussis aut anelus prolixus abundet aut saliuarum excreatus adsiduus,
f° 39v [23]aut narium spurcitiae detractentur. | [24]Haec omnia inpedimenta psallentibus cum diabolo fuerint ministrata, mox sibi qui psallet signet os crucis sigillo.

10—11 Ps 77, 36—37 **12** Ps 61, 5 **17** cf. 1 Cor 14, 3 et 26 **18** Ps 100, 1—2 **20** 1 Cor 14, 15

---

13 nostroductum | collocemus **14** qui intus] quintus

10—12 dicetur *usque* nobis *desunt* **23** detractentur] detractae a psallente inante iactentur sed debere fratrem post se proicere quia angeli ante psallentes docentur stare cum dicit propheta in conspectu angelorum psallam tibi (Ps 137, 1) ergo cum **24** cum] a

[XXV] Qualis debeat esse abba

RESP

[1]Abbas, qui praeesse dignus est monasterio, semper meminere debet quod dicitur et nomen maioris factis implere. [2]Christi enim agere creditur uices in monasterio, quando ipsius uocatur pronomine, [3]dicente apostolo: *Sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus: abba, pater.* [4]Ideoque hic abbas nihil, extra praeceptum domini quod sit, debet aut docere aut constituere aut iubere, [5]ut iussio eius uel monitio siue doctrina fermentum diuinae iustitiae in discipulorum mentibus conspargatur. [6]Memor semper abbas quia doctrinae suae uel discipulorum oboedientiae, ambarum rerum in tremendo iudicio domini facienda | erit discussio. [7]Et sciat f° 40
abbas culpae pastoris incumbere, quidquid in ouibus paterfamilias utilitatis minus potuerit inuenire. [8]Tantumdem iterum erit, ut, si inquieto uel inoboedienti gregi pastoris fuerit omnis diligentia adtributa et morbidis earum actibus uniuersa fuerit cura exhibita, [9]pastor eorum in iudicio domini absolutus dicat cum propheta domino: *Non abscondi in corde meo ueritatem tuam, et salutare tuum dixi. Ipsi autem* contemnentes *spreuerunt* ⟨*me*⟩. [10]Et tunc demum inoboedientibus curae suae ouibus poena sit praeualens ipse mortis morbus.

XXV **3** Rm 8, 15 **5** cf. Mt 13, 33 **9** Ps 39, 11 | Is 1, 2

XXV **tit.** rs̄p
1 meminere] eminere | inplere **3** acceptis **6** quia] qui **7** minus *bis scr.* **g** salutarem | me *om.*

XXV: **ex Regula Magistri II tit.—10; 23—25; 32—34; 37—40; 51**
tit. interrogatio discipulorum: II *praem.* | abbas | resp] respondit dominus per magistrum **3** clamamus] domino *add.* **10** sit] eis *add.* | *post* morbus *duodecim vv. add.*

[11]In doctrina sua namque abbas apostolicam debet illam formam seruare, in qua dicit: *Argue, obsecra, increpa,* [12]id est, miscens temporibus tempora, terroribus blandimenta,
fº 40v dirum magistri, pium pastoris ostendat | affectum, [13]id est, indisciplinatos debet ⟨et⟩ inquietos arguere, oboedientes, mites ut in melius proficiant obsecrare, neglegentes et contemnentes ut increpet admonemus.

[14]Meminere semper debet abbas quod est uel dicitur, et scire ⟨quia⟩ *cui plus creditur, plus ab eo exigitur.* [15]Et sciat quia ⟨qui⟩ suscipit animas regendas, paret se ad rationes reddendas. [16]Et quantum sub sua cura fratrum se habere scierit numerum, agnoscat pro certo quia in die iudicii ipsarum omnium animarum tantas est redditurus domino rationes, sine dubio addita et sua. [17]Ideoque debet semper cautus esse magister, [18]ut omnia quae imperat, omnia quae docet, omnia quae mandat, de praeceptis dei iustitia dictante monstretur, quod futuro iudicio non condamnetur; [19]timens
fº 41 semper futuram discussionem de creditis sibi | ouibus, quia et cum de aliis ratiociniis cauet, redditur de suis sollicitus, [20]et cum de monitionibus suis emendationes aliis subministrat, ipse efficitur a uitiis emendatus.

---

11 2 Tm 4, 2 **14** Lc 12, 48 **16** cf. Hbr 13, 17

---

12 terroribus] terribus **13** et[1] *om.* **14** quia *om.* **15** qui *om.* **16** ipsam | tanta **19** ratiocinis

---

11 illam] semper *add.* **12** pastoris] patris **13** mites] et patientissimos *add.* | *post* admonemus *sex vv. add.* **14** debet abbas semper *transp.* | uel] meminere quod **16** *post* et sua *duos vv. add.* **18** mandat] emendat | condemnetur **19** discussionem] pastoris *add.* | sibi *deest* | aliis] alienis **20** *post* emendatus *decem vv. add.*

21 Ergo abbas sanctae huius ⟨artis⟩ sit artifex, non sibi ipsius artis, sed domino adsignans mysterium, cuius in nobis gratia fabricatur, quidquid a nobis sancte perficitur.

[XXVI] Qualis debeat esse praepositus

RESP

1 Non sit duplicis fidei. 2 Dominetur carni suae iuxta mensuram sanctorum. 3 Non sequatur cordis sui cogitationes sed legem dei. 4 Non resistat sublimioribus potestatibus tumenti animo. 5 Non fremat super humilioribus. 6 Non neglegat peccatum animae suae. 7 Ne uincatur carnis luxuria. 8 Ne ambulet neglegenter. 9 Ne loquatur uerbum otiosum. 10 Ne ponat scandalum ante pedes caeci. 11 Non doceat uoluptatem animam suam. 12 Non resoluatur | risu ac ioco stultorum. 13 Non fº 41v

---

XXVI 4 cf. Rm 13, 1 **9** cf. Mt 12, 36 **10** cf. Lv 19, 14

---

21 artis[1] *om.* | sancte] sanctae
XXVI tit. rēsp
1 fide **12** iocus

---

21 ergo] qui *praem.* | mysterium] ministerium | *post* perficitur *unum v. add.*

XXVI: ex Regula Pachomii CLIX (Praecepta et Instituta 18)

tit. *deest* | resp *deest* **1—2** non *usque* sanctorum] praepositus non inebrietur. ne sedeat in humilioribus locis iuxta uasa monasterii. ne rumpat uincula quae deus in caelo condidit ut obseruentur in terris. ne lugeat in die festo domini saluatoris. dominetur carni suae iuxta mensuram sanctorum. non inueniatur in excelsis cubilibus imitans morem gentilium. non sit duplicis fidei **4** tumenti animo potestatibus *transp.* **5** super] neque hinniat *praem.* | humilioribus] humiliores. ne transferat terminos. non sit fraudulentus neque in cogitationibus uerset dolos **6** ne **8** non **9** ne] non cito **10** non **12** stultorum ac ioco *transp.*

rapiatur cor eius ab his qui inepta loquuntur ac dulcia. [14]Non uincatur muneribus. [15]Non paruulorum sermone ducatur. [16]Non adfligatur in tribulatione. [17]Ne timeat mortem sed deum. [18]Ne praeuaricator sit propter inminentem timorem. [19]Non relinquat uerum lumen propter modico cibo. [20]Non natet ac fluctuet in operibus suis. [21]Non mutet sententiam, sed firmi sit solidique decreti, iustus, cuncta considerans in ueritate absque adpetitu gloriae, manifestus deo et hominibus, et fraude alienus. [22]Ne ignoret conuersationem sanctorum. [23]Nulli noceat prae superbia. [24]Non sequatur concupiscentias oculorum suorum. [25]Non eum superent incentiua uitiorum. [26]Non praetereat ueritatem. [27]Oderit iniustitiam. [28]Non iudicet secundum personam pro muneribus. [29]Nec condemnet
f° 42 ani|mam innocentem prae superbia. [30]Non rideat inter pueros. [31]Non deserat ueritatem timore superatus. [32]Non desideret alteram terram. [33]Non despiciat eos qui indigent misericordiam. [34]Ne falsum testimonium dicat seductus. [35]Ne contendat contra ueritatem ob timorem animi. [36]Ne perdat

---

19 *uerum lumen*, cf. Jo 1, 9 **24** cf. Sir 5, 2 **28** cf. Is 5, 23 **33** cf. Prv 11, 12 **34** cf. Ex 20, 16 **36** cf. Sir 20, 24

---

19 uerum] uerbum | ciuo **20** notet | operibus] peribus **21** soli-que | et deo *transp.*

---

13 ac] et **16** ne **19** modicos cibos **21** in] iudicans *praem.* | fraude alienus] a fraude procul **22** sanctorum] nec ad eorum scientiam caecus existat *add.* **23** prae superbia] per superbiam **24** ne **26** ueritatem numquam praetereat **28** secundum personam numquam iudicet pro muneribus **29** ne | prae superbia] per superbiam **31** superatus] non comedat panem de fraudulentia *add.* **32** alteram] alienam | terram] non opprimat animam propter aliorum spolia *add.* **33** ne | misericordia **34** dicat testimonium *transp.* | seductus] lucro *add.* **35** ne mentiatur propter superbiam *praem.* | tumorem | animi] ne deserat iustitiam propter lassitudinem *add.* **36** uerecundiam] ne respiciat dapes lautioris mensae *add.*

animam suam propter uerecundiam. [37]Ne pulchra uestimenta desideret. [38]Semper diiudicet cogitationes. [39]Quando iudicat, sequatur praecepta maiorum et legem dei quae in toto orbe est.

[40]Nulli detrahat. [41]Neminem oderit. [42]Non murmuret. [43]Forma sit fratribus in bono. [44]Discutiat se semper, [45]et non desinat orare. [46]Nulli malum pro malo reddat.

[XXVII] De generibus uel ordine et actus et uita monachorum in coenobiis

RESP

[1]Monachorum quattuor esse genera manifestum est. [2]Primum coenobitarum, hoc est monasteriale, militans sub re|gula uel abbate. f° 42v

[3]Deinde secundum genus est anachoritarum, qui non conuersionis feruore nouicio, sed monasterii probatione diuturna, [4]qui didicerunt contra diabolum multorum solacio iam docti pugnare, [5]et bene instructi fraterna ex acie ad singularem pugnam heremi, securi iam sine consolatione alterius sola manu uel brachio contra uitia carnis uel cogitationum cum deo et spiritu repugnare sufficiunt.

---

40 cf. Prv 20, 13 (V. L.) **41** cf. Lv 19, 17 **42** cf. Sap 1,11 **43** cf. 1 Pt 5, 3 **45** cf. 1 Th 5, 17 **46** cf. 1 Pt 3, 9

XXVII tit. coenobis | rs̄p

3 anachoritarum] monachoritarum **5** uel[2]] ue

---

38 ne senes neglegat ut *praem.* | cogitationes] suas *add.* **39** ne inebrietur uino sed humilitatem iunctam habeat ueritati *praem.* | est] praedicata est *deinde septemdecim lineas add.* **40—46** *desunt*

XXVII tit.—36: ex Regula Magistri I tit.—15; 72—92

tit. incipit *praem.* | ordine et] potus uel | resp *deest* **2** coenobiotarum **3** anachoritarum] id est heremitarum horum *add.*

[6]Tertium uero monachorum deterrimum genus est sarabaitarum, quem melius adhuc laicum iam dixissem, si me propositi sancti non inpediret tonsura. Qui nulla regula adprobati et experientia magistro *sicut aurum fornacis*, sed in plumbi natura molliti, [7]adhuc factis seruantes saeculo fidem, mentiri deo per tonsuram noscuntur. [8]Qui bini aut terni aut
f° 43 certe singuli sine pastore, non | dominicis sed suis inclusi ouilibus, pro lege eis est desideriorum uoluntas, [9]cum quidquid putauerint uel legerint, hoc dicunt sanctum, et quod noluerint hoc putant non licere. [10]Et dum in proprio arbitrio quaerunt habere cellas, arcellas et rescellas, ignorant quia perdunt suas animellas.

[11]Simul et hii qui nuper conuersi inmoderato ⟨feruore⟩ heremum putant esse quietem, [12]et non putantes insidiari et nocere diabolum, singularem cum eo pugnam indocti et securi inuadunt, sine dubio docti lupi faucibus occursuri.

[13]Quartum uero genus est monachorum nec nominandum, quod melius tacerem quam de talibus aliquid dicerem, [14]quod genus nominatur girouagorum, qui tota uita sua per diuersas prouincias ternis aut quaternis diebus per diuersorum cellas
f° 43v et monasteria hospitantes, [15]cum pro hospi|tis aduentu a diuersis uolunt cottidie nouiter suscipi, [16]ut humiles intrant hospites solo capite inclinanti, deinde superbi et uelut ingrati post biduum migraturi. [17]Et ueluti quibus diuersorum actus ⟨et⟩ omnium monasteriorum disciplina non placeat, eligunt magis girare quam sistere. [18]Qui per diuersa semper uagando

---

XXVII **6** Sap 3, 6 **7** cf. Ps 80, 16

---

6 arabaitarum | tonsora *a. corr.* **8** ouilibus] obibus **11** feruore *om.* **14** girobagorum **15** aduentum **16** capitinclinanti | uiduum **17** et² *om.* | eligunt] elilunt *(?) a. corr.* | magis girare] magirare **18** diuersas | sua *om.*

---

6 iam *deest* **9** elegerint **15** *post* suscipi *quinquaginta sex vv. add.* **16** et cottidie nouiter diuersorum cellas *praem.* | inclinati **17** actus] uita et actus | girare] ambulare

ignorant aput quem tedia ⟨sua⟩ suscipiant, et quod est ultimum, nesciunt ubi suam constituant sepulturam.

19 Unde magnum extimantes primum genus coenobitarum, cuius militia uel probatio uoluntas est dei, ad ipsorum regulam reuertamur.

20 Fratres, clamat nobis cottidie dominus dicens: *Conuertimini ad me, et ego conuertar ad uos.* 21 Conuersio ergo nostra ad deum, fratres, non aliud est nisi a malis reuersio, dicente scribtura: *Diuerte a malo et fac bonum.* 22 A quibus | autem f° 44
malis cum auertimur, dominum intuemur, 23 et ille nos statim suo inluminans uultu, donans nobis adiutorium suum, mox gratiam suam petentibus tribuit, quaerentibus ostendit, pulsantibus patefecit. 24 Haec tria domini dona concessa ipsi conueniunt, qui dei uoluerint, non suam facere uoluntatem, quia aliud nobis dominus in spiritu imperat, aliud caro [concupiscentia] cogit ⟨in⟩ anima, 25 et *quis a quo uictus fuerit, ipsius et seruus est.*

26 Ecclesiae suae namque dominus secundum trinitatis nomine tres gradus doctrinae constituit, *primum apostolorum, secundum prophetarum, doctorum tertium,* 27 sub quorum imperio uel doctrina Christi regerentur ecclesiae et scolae, 28 ut pastorum uice sanctis ouilibus diuinas oues et claudant et doceant, dicente domino per Esaiam prophetam: *Dabo uobis pastores | secundum cor meum, et pascent uos pascentes cum* f° 44v
disciplina, 29 et ipso domino dicente Petro: *Simon Iohannis,*

---

20 Za 1, 3 **21** Ps 33, 15 **23** *nos — uultu,* cf. Ps 66, 2 | *mox — patefecit,* cf. Mt 7, 7; Lc 11, 9 **25** 2 Pt 2, 19 **26** 1 Cor 12, 28; cf. Eph 4, 11 **28** Jr 3, 15 **29** Jo 21, 17

---

19 coenouitarum | regula **20** clamant **24** in² *om.* **25** et² *post. m.* est *a. corr.* **28** ouilibus] ouibus | cormmeum **29** iohannes

---

19 unde] ergo *add.* | existimantes **23** patefacit **24** concupiscentia *deest* **26** grados | primum prophetarum apostolorum secundum *transp.*

pasce oues meas, [30]*docentes eas seruare ea quae mandaui uobis. Et ecce ego uobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem saeculi.*

[31]Ideoque omnes quibus insipientia mater est, expedit sub unius esse potestate maioris, ut doctoris arbitrio ambulantes iter uoluntatis propriae discant nescire. [32]Per doctorem enim nobis imperat dominus, quia, sicut dixit superius, cum ipsis doctoribus est semper *omnibus diebus usque ad consummationem saeculi,* [33]sine dubio non aliud nisi nos aedificaturus per eos, dicente ipso domino discipulis suis doctoribus nostris: *Qui uos audit, me audit, et qui uos spernit, me spernit.* [34]Ergo si, quae a doctoribus audimus, et facimus, non iam quae
f° 45 uolumus exercemus, [35]ut | in die iudicii nihil habeat in nobis, quod secum diabolus uindicet in gehenna, [36]quando in nobis hoc semper egit dominus, quod adiudicaret ad gloriam.

[37]Ergo praeparanda sunt corda nostra sanctae praeceptorum oboedientiae militanda. [38]Et quod minus habet in nos natura possibile, rogemus dominum, ut gratiae suae iubeat nobis adiutorium ministrare. [39]Et si fugientes gehennae poenam, ad uitam uolumus peruenire, [40]dum adhuc et in hoc corpore sumus et haec omnia per hanc lucis uitam uacat implere, [41]currendum et agendum est modo, quod in perpetuo nobis expediat. [42]Constituenda est ergo nobis dominici scola seruitii, [43]ut ab ipsius numquam magisterio discedentes et

---

30 Mt 28, 20 **32** Mt 28, 20 **33** Lc 10, 16 **40—41** cf. Jo 12, 35

---

33 dubi | aedificaturos | discupulis *a. corr.* **42** seruiti **43** numquam *bis scr.* | discendentes *p. corr. pr. m. (?)* | doctrinam *a. corr.*

---

31 insipientia] adhuc *praem.*

XXVII 37—43: ex Regula Magistri Ths 40—46

37 nostra] et corpora *add.* **39** uolumus] perpetuam *add.* **40** adhuc] uacat *add.* | hoc *deest*

in huius doctrina usque ad mortem in monasterio perseuerantes, passioni Christi per patientiam mereamur esse participes, | fº 45v ut in regno eius dominus nos faciat coheredes.

[XXVIII] De doctrina discipulorum et gratia humilitatis et profectus in deo quibus modis adquiritur uel adquisita seruatur

RESP

[1]Clamat nobis scribtura diuina, fratres, dicens: *Omnis qui se exaltat, humiliabitur, et qui se humiliauerit, exaltabitur.* [2]Cum haec ergo dicit, ostendit nobis omnem exaltationem genus esse superbiae. [3]Quod se cauere propheta indicat, dicens: *Domine, non est exaltatum cor meum neque elati sunt oculi ⟨mei⟩.* Et item repetit: *Neque ambulaui in magnis neque in mirabilibus super me.* [4]Sed quid, *si non humiliter sentiebam, sed exaltaui animam meam? Sicut ablactatum super matrem suam, ita retribues in animam meam.*

[5]Unde, fratres, si summae humilitatis uolumus culmen adtingere et ad exaltationem illam caelestem, ad quam per | fº 46

---

43 *in — perseuerantes*, cf. Act 2, 42; Phil 2, 8; 2 Jo 9 | *passioni — coheredes*, cf. 1 Pt 4, 13; Rm 8, 17

XXVIII 1 Lc 14, 11 **3** Ps 130, 1 **4** Ps 130, 2

XXVIII tit. rēsp

3 mei *om.* **4** ablactum

---

43 in regno] et regno | coheredes] amen. explicit thema regulae *add.*

XXVIII: ex Regula Magistri X tit.—14; 16; 18—38; 40—45; 48—122

tit. interrogatio discipulorum: X. de humilitate fratrum qualis debeat esse uel quibus modis adquiritur uel quomodo adquisita seruatur | resp] respondit dominus per magistrum **1** et] omnis *add.* | humiliauerit] humiliat **4** sed²] si

praesentis uitae humilitatem ascenditur, uolumus uelociter peruenire, [6]actibus nostris ascendentibus scala illa erigenda est, quae erecta in caelum in somnio Iacob apparuit, per quam ei descendentes et ascendentes angeli monstrabantur. [7]Non aliud sine dubio descensus ille et ascensus a nobis intellegitur, nisi exaltationem descendere et ascendere humilitatem ostendi. [8]Scala uero ipsa erecta nostra est uita in saeculo, quae, humiliato corde et capite suo in praesenti hoc tempore, exaltatum a domino mortis exitum erigat ad caelum. [9]Latera enim eius scalae certissime credimus nostrum esse corpus et anima, in qua latera diuersos gradus humilitatis uel disciplinae euocatio diuina ascendendo inseruit.

[10]Primum itaque humilitatis gradum in scala caeli ascen-
f° 46v dit discipulus, si timorem dei sibi ante oculos | semper ponens, obliuionem omni hora fugiat [11]et semper sit memor omnia, quae praecepit deus, ut quomodo et gehenna contemnentes dominum de peccatis incendat, et uita aeterna quid timentibus deum praeparet, animo suo semper reuoluat. [12]Et custodiens se omni hora a peccatis et uitiis, id est cogitationum, linguae, manuum, peduum uel uoluntatis propriae, sed et desideria carnis, [13]extimet se discipulus a deo semper de caelis respici omni hora, et facta sua omni loco ab aspectu diuinitatis uideri et ab angelis omni hora cottidie.

[14]Demonstrans nobis propheta, cum in cogitationibus nostris ita deum esse semper praesentem ostendit, dicens:

---

6 cf. Gn 28, 12 **10** cf. Ps 35, 2 **13** *de caelis respici*, cf. Ps 13, 2 | *omni loco — uideri*, cf. Prv 15, 3 **14** Ps 7, 10

---

7 intelligitur *a. corr.* **9** certissimae **10** timorem *post. m.* morem *a. corr.* | oblibionem **11** incedat | quid] qui | animos suos **14** semper] per *add.*

---

7 ostendit **9** grados | ascendendos **13** omni hora[2]] omnia renuntiari **14** semper esse *transp.*

Scrutans corda et renes deus. [15]Et item: *Intellexisti cogitationes meas de longe,* [16]et *Cor regis in manu dei.* [17]Nam ut sollicitus sit aduersus cogitationes cordis sui peruersas, dicat semper utilis fra|ter in corde hoc: Tunc *ero inmaculatus coram eo,* si fº 47
obseruauero me ab iniquitate mea.

[18]Ad linguae uero eloquia ita nobis agnoscimus deum semper esse praesentem, cum dicit per prophetam uox domini: *Qui loquitur iniqua, non direxit in conspectu oculorum meorum.* [19]Et item dicit: *Sermo malus de ore uestro non procedat,* [20]et *Mors et uita in manibus linguae.*

[21]In opere uero manuum nostrarum ita agnoscimus deum nobis esse praesentem, cum dicit propheta: *Inperfectum meum uiderunt oculi tui.*

[22]In gressu uero pedum nostrorum ita agnoscimus deum nobis semper esse praesentem, cum dicit propheta: *Sine iniquitatem cucurri et direxi.* [23]*Exurge in occursum mihi et uide.* [24]Et item dicit: *Quo ibo ab spiritu tuo, et quo a facie tua fugiam?* [25]*Si ascendero in caelum, tu illic es, si descendero in infernum, ades.* [26]*Si sumpsero pinnas | meas ante lucem et habi-* fº 47v
tauero in extrema maris, [27]*etenim illuc manus tua deducet me.*

---

15 Ps 138, 3 **16** Prv 21, 1 **17** Ps 17, 24 **18** Ps 100, 7 **19** Eph 4, 29 **20** Prv 18, 21 **21** Ps 138, 16 **22—23** Ps 58, 5—6 **24—27** Ps 138, 7—10

---

14 deus] deum **18** propheta **21** opere] ore | manus **22** gressum **25** es] est

---

15 et item dicit: dominus nouit cogitationes hominum quoniam uanae sunt (Ps 93, 11) *praem.* | item] dicit *add.* | de] a **16** et item dicit: quia cogitatio hominis confitebitur tibi (Ps 75, 11) *praem.* **17** dicat] sibi *add.* **19** dicit *usque* procedat] dicit apostolus: de uerbo uano reddetis rationem (Mt 12, 36) **20** et] quia | linguae] posita est *add.* **22** peduum | direxi] dirigebam **26** extrema] postremis **27** me] et tenebit me dextera tua *add.*

[28]Uoluntatem uero propriam ita, praesente domino, facere prohibemur, cum dicit scribtura nobis: *Et a uoluntate tua auertere.* [29]Et iterum rogamus dominum in oratione dominica, ut fiat illius uoluntas in nobis. [30]Docemur ergo merito, nostram facere uoluntatem prohibemur, cum cauemus illud, quod dicit sancta scribtura nobis: *Sunt uiae, quae uidentur hominibus rectae, quarum finis usque ad profundum inferni demergit,* [31]et cum item pauemus illud, quod de neglegentibus dictum est: *Corrupti sunt et abominabiles facti sunt in uoluntatibus suis.*

[32]In desideriis uero carnis ita nobis deum credimus semper esse praesentem, cum dicit propheta domino: *Et ante te est omne desiderium meum.* [33]Cauendum ergo ideo malum
f° 48 desiderium, quia *mors secus introitum delec|tationis posita est.* [34]Unde scribtura praecepit dicens: *Post concupiscentias tuas non eas.*

[35]Ergo si *oculi domini speculantur bonos et malos* [36]et *de caelo respicit super filios hominum, ut uideat si est intellegens aut requirens deum,* [37]cauendum est ergo omni hora, fratres, ne nos *declinantes* in malo et *inutiles factos* aliqua hora aspiciat dominus, [38]et parcendo nobis in hoc tempore, quia pius est ⟨et⟩ spectat nos conuerti in melius, dicat nobis in futuro iudicio: *Haec fecisti, et tacui.*

---

28 Sir 18, 30 **29** cf. Mt 6, 10 **30** Prv 16, 25; cf. Prv 14, 12 et Mt 18, 6 **31** Ps 13, 1 **32** Ps 37, 10 **33** *Passio Sebastiani* 14 **34** Sir 18, 30 **35** Prv 15, 3 **36** Ps 13, 2 **37** Ps 13, 3 **38** *quia pius est,* cf. Jdt 7, 20; Sir 2, 13 | Ps 49, 21

---

28 uoluntate | propria **29** orationem **32** omnem **37** fratre *a. corr. (?)* **38** et² *om.*

---

28 uoluntate tua] uoluntatibus tuis **29** iterum] item **30** facere uoluntatem prohibemur] non facere uoluntatem | nobis *deest* | uidentur] putantur ab **32** domine | est *deest* **33** ergo] uero **36** et] dominus *add.* | respicit] semper *praem.* **37** et si a deputatis angelis nostris cottidie die noctuque domino factorum nostrorum operae nuntiantur *praem.* | fratres] sicut dicit in psalmo XIII propheta *add.*

[39]Deinde secundum humilitatis gradum in scala caeli ascendit discipulus, si propriam non amans uoluntatem, desideria sua non delectetur implere, [40]sed uocem illam domini factis imitetur dicentis: *Non ueni uoluntatem meam facere, sed eius qui me misit.* [41]Et iterum dicit scribtura: *Uoluntas habet poenam, et necessitas parit coronam.*

[42]Deinde tertium humilitatis gradum in scala | caeli fº 48v ascendit discipulus, si postquam nihil suo iudicio praesumens eligat quae non expediant, [43]et item dicit apostolus: *Omnia licent, sed non omnia expediunt. Omnia licent, sed ego sub nullius redigar potestatem,* [44]ergo non solum haec cauens discipulus, sed et omni oboedientia se subdat maiori, imitans dominum, de quo dicit apostolus: *Factus* est *oboediens usque ad mortem.* [45]Et item uox domini laudat de hac oboedientia populum gentilium, dicens: *Obauditu auris obaudiuit mihi.* [46]Et sub abbate sibi nos dominus obaudire demonstrat, cum dicit doctoribus nostris: *Qui uos audit, me audit, et qui uos spernit, me spernit.*

[47]Deinde quartum humilitatis gradum in scala caeli ascendit discipulus, si in ipsa oboedientia duris et contrariis rebus uel etiam quibuslibet inrogatis iniuriis, tacite patientiae constantiam amplecta|mur, [48]et sustinens non lassescat fº 49

---

40 Jo 6, 38 **41** *Passio Anastasiae* 17, p. 234 **42** cf. 1 Cor 6, 12 **43** 1 Cor 6, 12 **44** Phil 2, 8 **45** Ps 17, 45 **46** Lc 10, 16

---

39 inplere **42** scala] saecula **47** tacitae

---

39 caeli] caelesti **40** facere uoluntatem meam *transp.* | eius] huius **41** iterum] item **43** et *deest* | item] dicente scribtura: sunt uiae quae uidentur hominibus rectae quarum finis usque in profundum inferni demergit (Prv 16, 25; cf. Prv 14, 12 et Mt 18, 6), et item dicit dauid: corrupti sunt et abominabiles facti sunt in uoluntatibus suis (Ps 13, 1) *praem.* | omnia[3]] mihi *add.* | potestate **44** cauens haec *transp.* **47** caeli] caelesti | amplectatur

uel discedat, dicente scribtura: *Qui perseuerauerit usque in finem, hic saluus erit.* [49]Et item de tali re hortatur nos propheta, dicens: *Confortetur cor tuum, et sustine dominum.* [50]Et ostendens fidelem pro domino uniuersa etiam contraria sustinere debere, per sufferentium dicit propheta personas: *Propter te morti adficimur tota die, extimati sumus ut oues occisionis.* [51]Et securi de spe retributionis diuinae, subsequuntur gaudentes ac dicentes: *Sed in his omnibus superamus propter eum, qui dilexit nos.* [52]Et item in alio loco scribtura ex ipsorum persona dicit: *Probasti nos, deus, igne nos examinasti, sicut examinatur argentum. Induxisti nos in laqueum. Posuisti tribulationes in dorso nostro.* [53]Et ut ostendat nos sub maiore
f° 49v esse debere, subsequitur dicens: *Inposuisti | homines super capita nostra.* [54]Sed et praeceptum domini in aduersis et iniuriis per patientiam adimplentes, qui *percussi in maxillam praebunt et alteram, sublatae tunicae dimittunt et pallium, angariati miliario uadunt duo,* [55]cum Paulo apostolo *falsos fratres* sustinent et *persecutionem sufferent* et *maledicentes* se magis *benedicent.*

[56]Deinde quintum humilitatis gradum ⟨in scala caeli ascendit discipulus⟩, si omnes cogitationes malas cordi suo aduenientes uel mala ⟨a⟩ se absconse commissa per humilem linguae confessionem abbatem non celauerit suum. [57]Hortans nos de hac scribtura, dicens: *Reuela ad dominum uiam tuam et spera in eum.* [58]Et item dicit: *Confitemini domino, quoniam*

---

48 Mt 10, 22 **49** Ps 26, 14 **50** Ps 43, 22; cf. Rm 8, 36 **51** Rm 8, 37 **52** Ps 65, 10—11 **53** Ps 65, 12 **54** Mt 5, 39—41 **55** 2 Cor 11, 26; 1 Cor 4, 12 **57** Ps 36, 5 **58** Ps 105, 1

---

49 nos] uos **50** obes **52** argentur **54** adinplente | percursi | altera **56** graduum | in *usque* discipulus *om.* | adueniente | a *om.* | absconsae | conmissa

---

52 sicut] igne *add.* **54** et alteram] aliam | angarizati **57** hac re

bonum est, quoniam in saeculum misericordia eius. [59]Et item propheta domino dicit: *Delictum meum cognitum feci et iniustitias meas non operui.* [60]*Dixi: pronun|tiabo aduersus me iniusti-* f° 50
tias meas domino, et tu remisisti impietatem cordis mei.

[61]Deinde sextum humilitatis gradum in scala caeli ascendit discipulus, si omni uilitate uel extremitate contentus sit, et ad omnia, quae sibi praebuntur, uelut operarium malum se iudicet et indignum, [62]dicens sibi cum propheta: *Ad nihilum redactus sum et nesciui. Ut iumentum factus sum aput te et ego semper tecum.*

[63]Deinde septimum humilitatis gradum in scala caeli ascendit discipulus, si omnibus se inferiorem et uiliorem non solum sua lingua pronuntiet, sed etiam intimo cordis credat affectu, [64]humilians se et dicens: *Ego autem sum uermis et non homo, obprobrium hominum et abiectio plebis,* [65]et *Exaltatus sum et confusus.* [66]Et item semper dicat talis frater domino: | *Bonum mihi est, domine, quod humiliasti me, ut discam man-* f° 50v
data tua.

[67]Deinde octabum humilitatis gradum in scala caeli ascendit discipulus, si nihil agat, nisi quod communis regula uel maiorum cohortantur exempla, [68]dicens cum scribtura: *Quia lex tua meditatio mea est,* [69]et cum *interrogat patrem suum, adnuntiabit ei, seniores suos et dicent ei,* id est per suam doctrinam abbas.

59—60 Ps 31, 5 **62** Ps 72, 22—23 **64** Ps 21, 7 **65** Ps 87, 16 **66** Ps 118, 71 et 73 **68** Ps 118, 77 **69** Dt 32, 7

---

61 graduum **63** graduum | affectum **64** humilans **66** humilasti | manda **67** humilis **69** adnuntiauit

---

59 tibi feci **60** et] et mox **61** praebentur **65** et[1]] *deest* | sum] et humiliatus sum *add.* **67** communis] monasterii *add.*

[70]Deinde nonum humilitatis gradum in scala caeli ascendit discipulus, si linguam ad loquendum prohibeat, et taciturnitatem habens usque ad interrogationem non loquatur, [71]monstrante scribtura quia *in multiloquio non effugitur peccatum*, [72]et quia *uir linguosus non dirigetur super terram.*

[73]Deinde decimum humilitatis gradum in scala caeli ascendit discipulus, si non sit facilis ac promptus in risu, quia scribtum est: *Stultus in risu exaltat uocem suam*, [74]et
f° 51 *Sicut uox spinarum cre|pitantium sub olla, ita et risus stultorum.*

[75]Deinde undecimum humilitatis gradum in scala caeli ascendit discipulus, si, cum loquitur, leniter et sine risu, humiliter cum grauitate uel pauca uerba et sancta loquatur, et non sit clamosus in uoce, [76]sicut scribtum est: *Sapiens paucis uerbis innotescit.*

[77]Deinde duodecimum humilitatis gradum in scala caeli ascendit discipulus, si et iam non solo corde, sed etiam ipso corpore humilitatem uidentibus se semper indicet, [78]in omni opere dei, in oratorio, in monasterio, in horto, in uia, in agro uel ubicumque, sedens, ambulans uel stans, inclinato semper capite, defixis in terra aspectibus, [79]reum se omni hora de peccatis suis extimet, iam se tremendo iudicio repraesentari extimet, [80]dicens sibi in corde semper quod publicanus ante
f° 51v templum stans, fixis in terra oculis, dixit: *Domine, propitius* |

---

71 Prv 10, 19 **72** Ps 139, 12 **73** Sir 21, 23 **74** Ecl 7, 7 **76** Sextus, *Enchiridion* 145 **80** Lc 18, 13

---

70 scala] saecula **73** graduum | promtus **75** scala] saecula **77** duodecimus *p. corr.* | graduum **78** in[7]] inin *a. corr.* **79** omni] in

---

71 effugies **74** uox *deest* | olla] uox *add.* | stultorum] hominis **78** in omni] id est in **79** extimet[1]] existimans | extimet[2]] existimet **80** semper] illud *add.* | propitius *usque* peccatori] non sum dignus ego peccator leuare oculos meos ad caelos

mihi esto peccatori. [81]Et item cum propheta dicat sibi talis discipulus: *Incuruatus sum et humiliatus sum nimis.*

[82]Ergo his omnibus humilitatis gradibus ⟨a⟩ discipulo perascensis, uitae huius in timore dei ⟨bene persubitur scala⟩ [83]et mox ad *caritatem* illam domini peruenientes, quae *perfecta foris mittit timorem*, [84]per quam uniuersa, quae prius non sine formidine obseruas, absque ullo labore uelut naturaliter ex consuetudine incipiet custodire, [85]non iam timore gehennae, sed amore ipsius consuetudinis bonae et delectatione uirtutum. [86]Quae dominus iam pro operarium suum mundum a uitiis et peccatis ab spiritu sancto dignabitur demonstrare.

[87]Quibus ergo perascensis gradibus, post exitum uitae sine dubio talis anima ad illam retributionem domini introitu-| f° 52
ra est, quam demonstrat apostolus, dicens: *Non sunt condignae passiones huius saeculi ad superuenturam gloriam, quae reuelabitur in nobis.* [88]Illam uitam aeternam tales animae recepturae sunt, quae in sempiterna laetitia exultatione permanet et ulterius finiri non nouit. [89]In qua est flos purpureus rosarum numquam marcescens, [90]in qua nemora floscida perpetua uiriditate uernantia. [91]Ubi prata recentia semper melleis adfluunt riuis, [92]ubi croceis gramina floribus redolent et alantes campi iucundis admodum odoribus pollent. [93]Aurae ibi uitam aeternam habentes nares aspirant, [94]lumen ibi sine umbra, serenitas absque nubilo, et absque tenebris nocturnis perpetuum diem oculi perfruuntur. [95]Nulla ibi inpediuntur occupatione deliciae, [96]nulla paenitus sollicitudine ibi securitas conturba|tur. [97]Mugitum, ululatum, gemitum, lamen- f° 52v
tum et luctum numquam illic auditum uel nominatum est,

---

81 Ps 37, 9 **83** 1 Jo 4, 18 **87** Rm 8, 18

---

82 a *om.* | bene persubitur scala *om.* **86** peccatis] operarium suum *add.* **92** admodumodum

---

81 nimis] usquequaque **84** obseruabas **86** pro] per **88** sempiternae laetitiae **90** uernantur

[98]foedum, deforme, tetrum, nigrum, orrendum numquam ibi paenitus uisum est. [99]Pulchritudo in amoenitate nemorum, splendor in aere iucundo, et formonsitatem adque omnem elegantiam sine intermissione patentes oculi perfruuntur, [100]et nihil omnino quod conturbet mentem auribus datur. [101]Sonant ibidem iugiter organa hymnorum, quae ad laudem regis ab angelis et archangelis decantantur. [102]Amaritudo et fellis asperitas ibi locum non habet. [103]Tonitrua ibi numquam audita sunt, fulgura et coruscationes numquam paruerunt. [104]Cinnamomum illic uirgulta gignunt, et balsamum arbusta prorumpunt. [105]Odor aeris delectationes per omnia membra
fº 53 diffundet. [106]Aesca ibi nulla stercora conficit. [107]Sicut enim | bono nuntio aures et bono odore nares et bono aspectu oculi saginantur et ipsa refectio non potest in digestionem prorumpere, [108]quia non in aesca et potu, sed in aspectu, odoratu et auditu constat dilectionis saginatio, [109]ita illic refectio, quam os susceperit, melliflua in gustu hoc unicuique sapet in os, quod fuerit delectatus. [110]Statim denique quod concupierit anima, concupiscentiae eius paratissimus seruit effectus. [111]In qua delectatione uero uel laetitia nec aetas senectutem nec uita terminum nec suspectam ulterius mortem tales deliciae reformidant. [112]Nec in his perennium diuitiarum usibus possessor desinit et heres succedit, cum nesciunt ulterius mortem, qui benefacti pretio uitam aeternam semel moriendo emerunt.

[113]Haec est sanctorum caelestis patria. [114]Beati qui hac
fº 53v regione perenni | et in perpetua cum deo exultatione laetantur,

---

98 deformae **107** digestationem **111** diliciae | reformidant] re *in fine lin.* reformidant **112** ne

---

98 orrendum] aliquid aut sordidum *add.* | est *deest* **101** sonant] enim *add.* | et] et ab **114** qui] in *add.* | et[1]] per scalam praesentis temporis obseruantiae gradibus humilitatis ascensis potuerint eleuari ut *add.* | laetentur |

quam praeparauit deus his qui diligunt illum et custodiunt mandata eius et mundo sunt corde.

[XXVIIII] Item de humilitate et oboedientia et de calcanda superbia

RESP

1 Saeculariter in ecclesia loquitur, aliter uobis loqui debemus. 2 Illis loquimur aliquando res quae in sonum habentur et uirtutem non habent. 3 Delectantur enim tamquam infirmi sonis uerborum, non uirtute dei. 4 Uos autem in nomine Christi non hoc delectamini, sed uultis audire salutis uerbum, 5 in quo uocati estis et has uestes lugubres in mundo induxistis, expectantes meliores aput deum.

6 Nostis, iam sapitis, iam multum tempus hic habetis, aduersus quem uobis est conluctatio, 7 quia aduersarius uester non est foris, sed intus est. 8 In uisceribus et in ipsis membris nostris habemus obluctatorem. 9 Sic enim | *caro concupiscit* fº 54 *aduersus spiritum et spiritus aduersus carnem, et non ea quae uolumus facimus,* 10 uidetis quia intus est aduersarius iste.

---

114 1 Cor 2, 9 | *custodiunt mandata,* cf. Apc 12, 17 | *mundo corde,* cf. Mt 5, 8

XXVIIII 4 cf. Act 13, 26 5 cf. Hbr 10, 34 6 cf. Eph 6, 12 7 cf. 1 Pt 5, 8 9 Gal 5, 17

XXVIIII tit. oboedientiae | rs̄p

---

114 illum] eum | *post* corde *unum v. add.*

XXVIIII: Nouati Sententia

tit. item *deest* | superbia] sententia nouati sed catholici *add.* | resp *deest* **1** saeculariter] saecularibus aliter | loquimur **2** in *deest* | habentur] habent **4** sed] si **9** sic] si | et non] ut non | faciamus

11 Aduersarius autem non uincitur nisi humilitate et caritate, 12 quia et ipse dominus Iesus Christus diabolum non uincisset, nisi humiliatus fuisset, 13 humiliatus autem non necessitate, sed caritate. 14 Si enim nos non amasset, humilis factus non fuisset. 15 Amore nostri factus est humilis. 16 Si ergo *qui fecit caelum et terram, mare et omnia quae in eis sunt,* dominus angelorum omnium, qui creauit omnia, propter nos factus est humilis, 17 quare nos propter nosmetipsos recusamus humilitatem ?

18 Uia ergo salutis non est nobis prima, nisi humilitas. 19 Cum coeperis humilitatem quaerere et eam propter deum et
f° 54v propter | ipsam congregationem sustinere ... 20 et ⟨in⟩ ipsa congregatione quamuis aequales sitis, unusquisque alterum superiorem sibi extimare debet, tamenetsi non sit superior, 21 et non illud facit, nisi quis humilitatem habuerit. 22 Non est necessarium seruis dei aliud primum, nisi humilitas, 23 quia humilitas, cum fuerit in homine, facit illum oboedientem; 24 oboediens uero cum fuerit, uel qui oboedientiam sectatur, non hominibus obaudit sed deo; 25 sic enim dominus ait: *Qui uos audit, me audit, et qui me* audit, audit *eum qui me misit.*

26 Abbas pater est, sequentes fratres patriarchae sunt. 27 Et quicumque est alius inter uos, qui forte bonam habet uitam, meliorem continentiam, meliores uigilias, meliorem custodiam corporis, et ipse propter imitationem pater est.
f° 55 28 Hoc ergo | agite inter uos, ut primum humilitatem custodiatis, non ut hominibus humiles uideamini, sed deo.

---

16 Ps 145, 6 **25** Lc 10, 16 **26** cf. Mc 14, 36; Rm 8, 15; Gal, 4, 6

---

16 terramare **19** coeperis] quaeperis **20** in *om.* | ipsam congregationem | existimare *p. corr. post. m.* **23** quia] qui **26** sequens **27** meliores] meliore

---

12 uicisset **21** qui **24** cum] qui **25** et *deest*

[29]Illa est uera humilitas quae deo, non hominibus demonstratur. [30]Nam humilitas quae hominibus demonstratur, factio est, non humilitas, quod a seruis dei omnino alienum esse debet. [31]Non quidem arbitror quia sunt tales in uobis, sed ne subripiat talis morbus admoneo. [32]Homines enim sumus et hominibus loquimur. [33]Idcirco primum humilitatem fratribus uestris monstrare debetis propter imitationem, ut fundata sit ipsa humilitas intus in corde secundum deum. [34]Cum fuerit enim humilitas fundata in corde tuo propter deum, tunc dat illi deus, id est fratri tuo, ut intellegat et imitetur humilitatem tuam. [35]Nam si non fuerit humilitas fundata in corde tuo, ostendit deus fratri tuo, quia fincta est humilitas tua.

[36]Prima ergo uia salutis haec est: | humilitatem tenere f° 55v
simplicem propter deum, non propter hominem, [37]non placere inde hominibus, sed placere inde deo.

[38]Humilitatem sequatur oboedientia — nam non potest esse oboediens, nisi fuerit humilis —, [39]et obtemperetis uobis ipsis, sibi sicut obtemperant membra. [40]⟨Numquid cum consilio sibi obtemperant membra⟩, et non naturali caritate ? [41]Si pes offenderit, manus occurrit, ne totum corpus labatur ut cadat, [42]sicut ait apostulus: *Si patitur unum membrum, conpatiuntur omnia membra.* [43]Unde ergo, nisi ex caritate ? [44]Si ergo dilexeritis uos inuicem, nulla erit perturbatio. [45]Scandala nemo patitur: non propter cibum, non propter potum, non propter uestimentum, non propter uigilias, non propter opera, non propter cocinam, non propter ministerium. [46]Iam cum

---

42 1 Cor 12, 26

---

35 fatri **36** simplicem] simplicitatem **40** numquid *usque* membra *om.* **45** cocina

---

30 monstratur | factio] finctio **31** sint **34** ut] ut et **38** nam *usque* humilis *desunt* **39** sicut sibi *transp.* **44** conturbatio **45** patiatur

fº 56 uos inuicem dilexeritis, si quis aliquid faciat, quod non debet, | caritas illa non permittit ut offendaris.

47 Habete ergo, fratres, humilitatem ⟨et⟩ oboedientiam, quam sequitur pax, ut sitis filii pacis, 48 quia *caritas*, sicut ait apostolus, *uinculum est perfectionis*. 49 Cum quis habuerit humilitatem, Christum imitatur, qui humilis factus est propter nos. 50 Si quis habuerit oboedientiam, Christum imitatur, qui *oboediens factus* est *usque ad mortem*. 51 Cum quis habuerit caritatem, Christum imitatur, quia *deus caritas est*.

52 Sed prius elaborate ut intus uitia uestra uincatis. 53 Fiat pax primo animae et cordis cum praecepto dei, ut aduersus consuetudinem corporis adque fragilitatem duo sint uictores: praeceptum dei et consensus tuus. 54 Causa est enim talis: medicus, aegrotus, aegritudo. 55 Si iste aegrotus ⟨se⟩ cum aegritudine dederit, uincitur medicus et efficiuntur duo aduer-
fº 56v sus unum adque superatur | medicus. 56 Si uero aegrotus cum medico se dederit, uincitur infirmitas. 57 Medicus Christus est, aegroti nos sumus, aegritudinis morbus consuetudo peccati est. 58 Iam qui ex parte renuntiauit saeculo, quamuis uiuat in saeculo, adtendat cui debeat inherere: utrum morbo an medico. 59 Si medico inheserit, ut dixi, morbum superat. Si morbo inheserit, laborat medicus.

60 Ideo nobis euangelium in saeculo clamat et dicit: *Esto consentiens aduersario tuo cito, dum es cum illo in uia*. 61 Non nos docet ut simus consentientes aduersario diabolo, sed docet ut consentientes simus aduersario praecepto diuino, 62 qui aduersatur malis nostris et aduersatur consuetudini nostrae,

---

47 cf. Lc 10, 6 **48** Col 3, 14 **49** cf. 2 Cor 8, 9 **50** Ph 2, 8 **51** 1 Jo 4, 16 **60** Mt 5, 25

---

47 et *om.* **48** qui **53** fragitatem **55** ista | se *om.* **56** egrotus **58** morbo] mo

---

50 si] cum **54** aegritudo] et *praem.* **56** uero] ergo

aduersatur iniquitatibus nostris. [63]Cum consentimus aduersario nostro, id est praecepto diuino, superatur morbus. [64]Si consentimus, facti sumus concordes cum prae|cepto dei et f° 57
accipimus quasi iugum dei, [65]propter quod ait dominus: *Uenite ad me omnes qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam uos.* [66]*Tollite iugum meum, quia lene est et sarcina mea leuis est.*

[67]Ecce quid tam leue? [68]Denique considera quemadmodum qui aliquid habent in hoc mundo timent ne rapiantur. [69]Quomodo timent ne quod adquisierunt perdant. [70]Quibus modis torquentur, quasi sub grauissimo pondere sollicitudinem habendo. [71]Uos autem non aliud laboratis, nisi ut hoc faciatis quod abbas praecepit. [72]Iam sub iugo estis: non cogitas unde uiuas, quia nec debes cogitare. [73]Est qui te regat, est qui tibi curam ferat. [74]Omnino ad uos cogitatio cibi et uestimenti nec pertinere debet. [75]Quod dederit abbas, sic puta quia deus dederit. Ipsa est enim uera humilitas.

[76]Sed forte unus plus habet et alter minus habet: et hoc tamquam a deo factum habete. | [77]Sed unus sedet ad alteram f° 57v
mensam et alter ad alteram mensam: si sic iubet abbas, si sic probauit, sic habete quasi deus iusserit. [78]Nolo inde interroges ut dicas: «Cras ibi sessurus sum». [79]Nolo facias consuetudinem, ne tibi illam deus necessitate det. [80]Si forte non est quod detur, aut non uidetur ut detur, sic habeto aut quia non est quod detur, aut uisum est expedire ut non detur. [81]Ista, fratres, si seruaueritis, prorsus uitam aeternam habebitis.

65—66 Mt 11, 28—30

---

64 consentimus] consen *in fine lin.* **65** onerati] onorati **68** rapiantur] patiantur **72** uiuas] uibas *a. corr. (?)* uihas *p. corr. (?)* **74** ciui **77** prouabit

---

63 nostro *deest* **71** praecipit **75** quia] quasi **78** ibi] ego ibi

[82]Nolite uos permittere uerbis malis agi. [83]Si forte aliquis infirmus cadit, ut loquatur peruersa, statim prohibete illum, statim dicite: «Noli facere, noli, frater, peccas». [84]Quia debetis uobis, propter quod in uno estis et abbatem unum habetis, debetis et uos uobis abbates esse. [85]Nam quid est unus? Duos oculos et duas aures habet abbas. [86]Numquid
f° 58 potest omnes audire, aut omnes uidere, aut | non habet necessitatem alicubi exire et aliquid prouidere? [87]Uos uobis abbates estote, et quomodo metuistis abbatem praesentem, ita absentem, quia praesens est deus. [88]Omnino hoc time, hoc metue, quia deus semper praesens est. [89]Et si unus feret curam tantis, quanto uos magis omnes ferre debetis, [90]ne inueniat unde irascatur, unde doleat, unde offendatur, unde ingemescat, unde putet quia peribit labor eius tanti temporis.

[91]Haec enim tunc nobis possunt prode esse, si habuerimus humilitatem, oboedientiam et caritatem. [92]Uia alia ad deum non est, nisi humilitas et oboedientia et caritas. [93]Ipsa est uia, ueritas et uita. [94]Nam cruciari, ieiunare biduo, triduo, quatriduo, septimanas facere frequenter, inde superbiunt fratres, putantes quia quod ipsi faciant, alius facere non po-
f° 58v test. | [95]Infinitum putant esse, quod alius non potest facere. [96]Aut ambulat nudo pede et arbitratur quoniam ipse solus hoc potest facere, aut forte nec bibet nec ipsam aquam mixtam. [97]Exercitatio temporalis est, quia semper illud facere non potest. [98]Sed cogitet magis humilitatem, cogitet pietatem,

---

93 cf. Jo 14, 6 **97—98** cf. 1 Tm 4, 8

---

94 cruciari] cruari | uiduo **96** bibet] libet *(?) a. corr.* | ipsa | mixta **97** exercitio

---

83 prohibete] cohibete *transp.* | magis uos *transp.* **87** ita] metuite et **89** curam fert **92** et[1] *deest* **94** faciunt **96** bibit

caritatem, oboedientiam. [99]Propter enim frangendas uires corporis, propter edomandum sanguinem et carnem debet arripere ista quasi bonus athleta, [100]sed non inde glorietur, ne perdat quod facit.

[101]Nam pharisaeus ille qui ascendit in templo orare, numquid opera sua, quae numerabat, modica erant? [102]Immensa erant: ieiunare bis in sabbato, decimas omnium rerum suarum pauperibus dare, fraudem non facere, adulterium non committere, infinitum est. [103]Sed quoniam iactauit illud in superbia, totum quidquid fecit, superbia ⟨fuit⟩. | [104]Propter- fº 59
ea Dauid dicit: *Non ueniat mihi pes superbiae, et manus peccatoris non moueat me.* [105]*Ibi caeciderunt omnes qui operantur iniquitatem.* [106]Ubi caeciderunt? In labsu superbiae. [107]Inde enim caecidit diabolus, per superbiam labsus est.

[108]Omnino ergo non admittatur ad seruos dei superbia. [109]Qui ergo iam aliter uiuit, qui uitam suam melius instituit, non sit quemadmodum ille pharisaeus. [110]Publicanus autem ille humiliatus non audet nec oculos ad caelum leuare, [111]et sententia domini conlaudatur, redit ad domum suam iustificatus magis quam ille pharisaeus. [112]Expertum namque habemus et in ipsis sanctis scribturis et in fratribus nostris, quia quicumque uia humilitatis tenuit, profecit et non peribit.

101—102 cf. Lc 18, 10—12 **104—105** Ps 35, 12—13 **110—111** cf. Lc 18, 13—14

---

99 edomandum] et domandum **100** quod *p. corr. pr. m. (?)* quae *a. corr.* **102** bis] uis | conmittere **103** fuit *om. (in fine pag.)* **107** superbia **109** bibit **110** humilatus **112** quicumque] cumque

---

100 fecit **102** non facere fraudem *transp.* **103** quidquid] quod **111** conlaudatus **112** uiam | periit

[XXX] De expugnatione libidinum et gradibus castis, uel quo-
fº 59v modo | ad puritatem [munditiam] castitatis ueniatur

RESP

[1]Apostolus inquit: *Mortificate ⟨membra⟩ uestra quae sunt super terram, fornicationem, inmunditiam, libidinem, concupiscentiam malam et auaritiam, quae est idolorum seruitus.* [2]Primo itaque loco fornicationem credidit inferendam, quae carnali conmixtione proficitur. [3]Secundum etiam membrum inmunditiam nuncupauit, quae nonnumquam absque mulieris tactu uel dormientibus uel uigilantibus per incuriam incircumspectae mentis obripit, [4]et ideo notatur ac prouidetur in lege, quae inmundos quoque non solum sacrarum carnium participatione priuauit, [5]uerum etiam, ne contactu suo sancta polluerent, a castrorum iussit congregatione secerni, dicens: [6]*Anima quaecumque comederit de carnibus sacrificii salutaris,*
fº 60 *quod | est domini, in qua est inmunditia, peribit coram domino,*

XXX 1 Col 3, 5 6 Lv 7, 20 (LXX)

XXX tit. rēsp
1 inquid | membra *om.* | quae est] quaest | seruitus] se uitus **3** tactu] tractu | per] uel **6** salutaris] saluris

---

XXX: ex Conlationibus Cassiani XII 2, 1—3; tit. non ex Cap. Conl. XII 2 sed ex Cap. Conl. XII 7 (cf. XXXI)
tit. de expugnatione libidinum] VII de differentiis | castis] castitatis | uel *usque* ueniatur *desunt* | resp *deest* **1** *sex lineas praem.* | apostolus] huius igitur corporis in hoc loco apostolus membra describens | mortificate inquit *transp.* | idolorum] simulacrorum **2** proficitur] perficitur **3** absque] ullo *add.* | obrepit **4** prouidetur] prohibetur | quoque] quosque

[7]et *Quidquid tetigerit inmundus, inmundum erit*; [8]in Deuteronomio quoque: *Si fuerit homo, qui nocturno pollutus est somno, egreditur extra castra, et non reuertetur, priusquam ad uesperam lauetur aqua, et post solis occasum regreditur in castra.*

[XXXI] Sex gradibus, licet multa ⟨a⟩ se inuicem sublimitate distantibus, fastigia castitatis praecelsa distinguam

RESP

[1]Primus itaque pudicitiae gradus est, uti ne uigilans inpugnatione carnali monachus eligatur, [2]secundus, ne mens illius uoluntariis cogitationibus inmoretur, [3]tertius, ne feminae uel tenuiter ad concupiscentiam moueatur aspectu, [4]quartus, ne uigilans uel simplicem carnis perferat motum, [5]quintus, ne, cum memoriam generationis humanae uel tractatus ratio uel necessitas | lectionis ingesserit, subtilissimus f° 60v
mentem uoluntariae actionis perstringat ⟨adsensus⟩. [6]Sextus castimoniae gradus est, ne inlecebris fantasmatibus feminarum uel dormiens inludatur; [7]concupiscentiae adhuc medullitus latitantis indicium est. [8]Quam tamen inlusionem diuersis modis constat accidere.

---

7 Nm 19, 22 8 Dt 23, 10—11

XXXI tit. gradus | multa a] multas | sublimitatem | rs̄p
1 ut *in fine lin.* ineuigilans **3** tertio | concupiscentia **4** simplice **5** adsensus *om.*

---

8 fuerit] inter uos *add.* | somnio | egredietur | regredietur | *post* castra *triginta quattuor lineas add.*

XXXI: ex Conlationibus Cassiani XII 7, 2—4

tit. *octo lineas praem.* | sex] proinde sex | *post* distinguam *novem lineas add.* | resp *deest* **1** uti *deest* | eligatur] elidatur **2** uoluptariis **3** femineo **5** uoluptariae | *post* adsensus *quinque lineas add.* **6** inlecebrosis | inludatur] licet enim hanc ludificationem peccato esse obnoxiam non credamus *add.* **7** adhuc] tamen adhuc **8** *post* accidere *triginta lineas add.*

[XXXII] Qui suggestiones cupit inimici destipare, debet sine confusione omnes suo seniori confiteri

RESP

[1]Per ⟨haec⟩ ad liquidum discernentes, utrum ficta et imaginaria an uera sint humilitate fundati. [2]Ad quod ut facile ualeant peruenire, consequenter instituuntur nullas paenitus cogitationes prurientes in corde perniciosa confusione celare, [3]sed confestim, ut exortae fuerint, eas suo patefacere seniori, [4]nec super earum iudicio quidquam suae discretioni committ-
f° 61 tere, [5]sed illud credere malum esse | uel bonum, quod discusserit ac probauerit senioris examen. [6]Itaque fit ut in nullo circumuenire iuuenem [possit] callidus inimicus uelut expertum ignarum praeualeat, [7]nec ulla fraude decipere, quem peruidet non sua sed senioris discretione muniri, [8]sed suggestiones suas uel ignita iacula, quaecumque in cor eius iniecerit, ut seniorem celet non posse suaderi. [9]Alias quippe subtilissimus diabolus inludere uel deicere fratrem non poterit, nisi cum eum seu per arrogantiam siue per uerecundiam ad cogitationum suarum uelamen inlexerit. [10]Generale namque euidens indicium diabolicae cogitationis esse pronuntiant, si eam seniori confundamur aperire.

XXXII tit. rs̄p

1 per haec ad liquidum] per aliquidum | sit **3** patefatefacere **4** discretionis | conmittere **6** iubenem **8** igni **9** diabolus *bis scr.* **10** generalem

---

XXXII: ex Institutionibus Cassiani IIII 9; tit. ex Cap. Inst. IIII 9

tit. qui *usque* omnes] VIIII. quare iunioribus imperetur ut | seniori suo *transp.* | confiteri] nihil de cogitationibus suis subtrahant | resp *deest* **1** *tres lineas praem.* **5** probauerit] pronuntiauerit **6** possit *deest* | expertum] inexpertum | ignarumque **8** sed] et **9** fratrem] iuniorem **10** euidens] et euidens

[XXXIII] Quo ordine quis ad perfectionem ualeat peruenire, per quam de timore dei ad caritatem consequenter ascendatur

RESP

| [1]*Principium* nostrae salutis eiusdemque custodia *ti-* f° 61v
more domini est. [2]Per hanc enim et initium conuersionis et uitiorum purgatio et uirtutum custodia his qui inbuuntur ad uiam perfectionis inquiritur. [3]Qui cum penetrauerit hominis mentem, contemptum rerum omnium parit, obliuionem parentum, mundi ipsius gignit orrorem: [4]contemptu autem ac priuatione omnium facultatum humilitas adquiritur.

[5]Humilitas uero his indiciis conprobatur: [6]primo si mortificatas in sese omnes habeat uoluntates, [7]secundo si non solum suorum actuum, uerum etiam cogitationum nihil suum celauerit seniorem, [8]tertio ⟨si⟩ nihil suae discretioni, sed iudicio eius uniuersa committat ac monita eius sitiens ac libenter abscultet, | [9]quarto si omnibus seruet oboedientiae man- f° 62
suetudinem patientiaeque constantiam, [10]quinto si non solum iniuriam ⟨inferat⟩ nulli, sed ne ab alio quidem sibimet inrogatam doleat adque tristetur, [11]sexto si nihil praesumat, quod non uel communis regula uel maiorum cohortantur exempla, [12]septimo si omni uilitate contentus sit et ad omnia se quae

---

XXXIII 1 Prv 9, 10; cf. Is 33, 6

XXXIII tit. quam] qua | rs̄p
3 rerum] rs̄p *add.* | oblibionem **4** contemptum | priuationem **8** si *om.* **10** inferat *om.* **12** septimo] VII | contemtus |

XXXIII: ex Institutionibus Cassiani IIII 39, 40, 41, 42, 43; tit. ex Cap. Inst. IIII 39
tit. XXXVIIII *praem.* | ascendat | resp *deest* **1** XXXVIIII *praem.* | timor **2** hunc | inquiritur] adquiritur **3** mundique **8** auscultet **9** omnibus] in omnibus **11** nihil] agat nihil *add.*

sibi praebentur ueluti operarium ⟨malum iudicarit indignum⟩, [13]octauo si semetipsum cunctis inferiorem non superficie praenuntiet labiorum, sed intimo cordis credat affectu, [14]nono si linguam cohibeat uel non sit clamosus in uoce, [15]decimo si non sit facilis ac promptus in risu.

[16]Talibus namque indiciis et his similibus humilitas uera dinoscitur. [17]Quae cum fuerit in ueritate possessa, confestim
fº 62v te ad caritatem, quae timorem non habet, gradu excelsiore | perducet, [18]per quam uniuersa, quae prius non sine poena formidinis obseruabas, absque ullo labore uelut naturaliter incipies custodire, [19]non iam contemplatione supplicii uel timoris illius, sed amore ipsius boni et delectatione uirtutum.

[20]Ad quod ut ualeas facilius peruenire, exempla tibi sunt imitationis ac uitae perfectae in congregatione commoranti a paucis, [21]immo ab uno uel duobus, non pluribus expetenda.

[22]Quae omnia ut possis consequi et sub hac regula spiritali perpetuo perducere, tria haec in congregatione necessaria custodienda sunt tibi, [23]ut scilicet secundum psalmistae sententiam: *Ego autem tamquam surdus non audiebam, et sicut mutus non aperiens os suum;* [24]*et factus sum sicut homo non audiens, et non habens in ore suo redargutionem,* [25]tu quoque
fº 63 uelut surdus et mutus | et caecus incedas, [26]ut absque illius contemplatione, qui tibi fuerit ad imitandum merito perfectionis electus, uniuersa, quaecumque uideris minus aedificationis habentia, uelut caecus non uideris, [27]nec animatus eorum qui haec agunt auctoritate uel forma, ad id quod de-

---

17 cf. 1 Jo 4, 18 **23—24** Ps 37, 14—15

---

12 malum iudicarit indignum *om.* **13** octabum | intimo] initio | affectum **15** decimum **16** namque *usque* similibus *bis scr.* **17** posessa **19** non] nam **22** hac] ac **23** suum] sum

---

12 uelut **13** praenuntiet] pronuntiet **19** ullius **20** XL *praem.* **21** pluribus] a pluribus | *post* expetenda *quattuor lineas add.* **22** XLI *praem.* | perducere] perdurare | necessario **24** redargutiones **26** uideris[2]] uideas

terius est et quod ante iam damnaueras traducaris. [28]Si inoboedientem, si contumacem, si detrahentem audieris uel secus quam tibi traditum est aliquid admittentem, non offendas nec ad imitandum eum tali subuertaris exemplo, [29]sed ut surdus, qui haec paenitus nec audieris, uniuersa transmittas. [30]Si tibi uel cuiquam conuicia, si inrogantur iniuriae, esto inmobilis et ad responsionem talionis ut mutus ausculta, [31]semper hunc psalmistae uersiculum in tuo corde decantans: [32]*Dixi: custodiam uias meas, ut non delin|quam in lingua mea.* f° 63v *Posui ori meo custodiam, dum consisteret peccator aduersus me.* [33]*Obmutui, et humiliatus sum, et silui a bonis.*

[34]Uerum et quartum hoc prae omnibus excole, quod haec quae supra diximus tria ornet adque commendet, [35]id est ut stultum te secundum apostoli praeceptum facias in hoc mundo, ut sis sapiens, nihil scilicet discernens, nihil iudicans ex his quae tibi fuerint imperata, [36]sed cum omni simplicitate ac fide oboedientiam semper exhibeas, [37]illud tantummodo sanctum, illud utile, illud sapiens esse iudicans, quidquid tibi uel lex dei uel senioris examen indixerit. [38]Tali etenim institutione fundatus, sub hac disciplina poteris durare perpetuo et de coenobio nullis temptationibus inimici, nullis factionibus deuolueris.

[39]Ergo patientiam tuam non debes de aliorum | sperare f° 64 uirtute, [40]id est ut tunc eam tantummodo possideas, cum a nemine fueris inritatus [41]— quod ut possit non euenire, tuae ⟨non⟩ subiacet potestati — [42]sed potius de humilitate tua et longanimitate, quae tuo pendet arbitrio.

32—33 Ps 38, 2—3 **35** cf. 1 Cor 3, 18

---

28 inoboedientem] oboedientem **30** sinrogantur | immobilis | tallionis **34** ornent | commendent **38** institutionem | coenobio] caenouio *pr. m.* caenvbio *post. m.* | factionis **39** separare uirtutem **40** a nemine] animae **41** nonneuenire | non[2] *om.*

---

27 iam *deest* **32** consistit | aduersum **35** iudicans] diiudicans **39** XLII *praem.* **42** tuo] in tuo

[43]Et ut haec omnia, quae latiore sermone digesta sunt, cordi tuo facilius inculcentur ac tenacissime tuis sensibus ualeant inherere, [44]quoddam ex his breuiarium colligam, per quod possis breuitate et conpendio mandatorum memoriter uniuersa conplecti.

[45]Audi ergo paucis ordinem, per quem ascendere ad perfectionem summam sine ullo labore ac difficultate praeualeas.

[46]*Principium* nostrae salutis ac *sapientiae* secundum scribturas *timor domini est.* [47]De timore domini nascitur conpunctio salutaris. [48]De conpunctione cordis procedit abrenuntiatio, id est nuditas et contemptus omnium facultatum.
f° 64v [49]De nuditate humilitas | procreatur. [50]De humilitate generatur mortificatio uoluntatum. [51]De mortificatione uoluntatum extirpantur adque marcescunt uniuersa uitia. [52]Expulsione uitiorum uirtutes fructificant adque succrescunt. [53]Pullulatione uirtutum puritas cordis adquiritur. [54]Puritate cordis apostolicae caritatis perfectio possidetur.

[XXXIIII] De obseruatione et disciplina regulae constitutae, et quod nullus sermocinandi aut orandi habeat licentiam cum eo qui ab oratione suspenditur, ne simul cum ⟨eo⟩ in reatu deputetur

RESP

[1]Finitis igitur psalmis et cottidiana refectione, sicut superius memorauimus, absoluta, nullus eorum uel ad modicum

46 Prv 9, 10; cf. Is 33, 6

43 tenacissimae **44** brebiarium | brebitate **45** summa **46** principium] primum **51** extirpatur **52** uirtute **XXXIIII tit.** auct | eo² *om.* | rs̄p **1** memorabimus

43 XLIII *praem.* **45** ascendere] scandere **51** de *deest* **52** fruticant **XXXIIII: ex Institutionibus Cassiani II 15—16; tit. ex Cap. Inst. II 16 tit.** de *usque* et² *desunt* | quod] XVI *praem.* | nulli | sermocinandi aut *desunt* | orandi habeat licentiam] liceat orare | cum eo] cum illo | ab oratione suspenditur] fuerit ab oratione suspensus | ne *usque* deputetur *desunt* | resp *deest* **1** XV *praem.* | refectione] congregatione

subsistere aut sermocinari audet cum altero, [2]sed ne per totum quidem diei spatium cella sua progredi aut deserere opus, quod in ea solitus est exercere, praesumit, [3]nisi forte cum fuerint ad officium | necessarii cuiusque operis euocati. f° 65
[4]Quod ita explent foras egressi, ut nulla inter eos sermocinatio paenitus conseratur: [5]sed sic unusquisque opus exsequitur iniunctum, ut psalmum uel scribturam quamlibet memoriter recensendo, [6]non solum conspirationi noxiae uel consiliis prauis, sed ne otiosis quidem conloquiis ullam copiam uel tempus inpertiat, [7]oris pariter et cordis officio in meditatione spiritali iugiter occupato.

[8]Summa namque obseruantia custoditur, ne quisquam cum alio ac praecipue iuniores uel ad punctum temporis pariter substitisse [9]aut uspiam secessisse uel manus suas inuicem tenuisse deprehendantur. [10]Si quis uero contra huius regulae disciplinam repperti fuerint aliquid ex his quae interdicta sunt admisisse, [11]ut contumaces ac praeuaricatores mandatorum non leuis culpae rei | pronuntiati, [12]suspicione f° 65v
etiam coniurationis prauique consilii carere non poterunt. [13]Quam culpam nisi in unum cunctis fratribus congregatis publica diluerint paenitentia, orationi fratrum ⟨nullus eorum⟩ interesse permittitur.

[14]Sane si quis pro admisso quodlibet delicto fuerit ab oratione suspensus, nullus cum eo prorsus orandi habeat licentiam, [15]antequam submissa in terra paenitentia reconciliatio eius et admissi uenia coram fratribus cunctis publice fuerit

---

8 praecipuae | substitisse *post m.* substisse *a. corr.* **11** praua-ricatores **12** carere] carcere | potuerunt **13** cuncti | nullus eorum *om.* **15** paenitentiam | ueniam | publicae

---

2 cellam suam **10** si qui **14** XVI *praem.* | quobilet | habet **15** terram

ab abbate concessa. [16]Ob ⟨hoc⟩ namque tali obseruantia semetipsos ab orationis consortio segregant adque secernunt, [17]quod credunt eum, qui ab oratione suspenditur, secundum apostoli sententiam tradi satanae, [18]et quisquis orationi eius, antequam recipiatur a seniore, inconsiderata pietate per-
fº 66 motus communicare praesumpserit, | conplicem se damnationis eius efficiat, [19]tradens scilicet semetipsum uoluntarie satanae, cui ille pro sui reatus emendatione fuerat deputatus: [20]in eo uel maxime grauius crimen incurrens, [21]quo cum illo se uel confabulationis communione miscendo maiorem illi generet insolentiae fomitem et contumaciam delinquentis in peius nutriat. [22]Perniciosum namque solacium tribuens, cor eius magis magisque facit indurari, [23]nec humiliari eum sinet, ob quod fuerat segregatus, [24]et per hoc uel increpationem senioris non magni pendere, uel dissimulanter de satisfactione et uenia cogitare.

[XXXV] Quod ei, qui ad diurnam orationem, antequam primus finiatur psalmus, non occurrit, oratorium introire non liceat, in nocturnis autem usque ad finem secundi psalmi ueniabilis mora sit

RESP

fº 66v [1]His uero, qui in tertia, sexta uel | nona, priusquam coeptus finiatur psalmus, ad orationem non occurrerit, [2]ul-

---

XXXIIII 17 cf. 1 Cor 5, 5

---

16 hoc *om.* **18** complicem | damnationi **19** uoluntariae | cuille | prorsui **23** segregatus] segrega *pr. m.* ais *uel* ait *sup. lin. scr. post. m.* **24** dissimilanter

XXXV tit. rs̄p

1 tertias

---

16 orationis] eius *add.* **17** apostoli sententiam] apostolum **21** quod | confabulationis] uel orationis *add.* | enutriat **22** faciet

XXXV: ex Institutionibus Cassiani III 7; tit. ex Cap. Inst. III 7

tit. VII *praem.* | occurrerit | resp *deest* **1** VII *praem.* | is

terius oratorium introire non audeat nec semetipsum admiscere psallentibus, [3]sed post congregationis missam stans pro foribus praestolatur, [4]donec egredientibus cunctis submissa in terram paenitentia neglegentiae suae uel tarditatis inpetret ueniam, [5]sciens nequaquam se posse desidiae suae noxam aliter expiare, [6]sed ne in ea quidem quae post tres horas erit secutura sollemnitas admittendum, [7]nisi pro neglegentia praesenti confestim uera humilitate subnixus satisfacere festinarit.

[8]In nocturnis uero conuenticulis usque ad secundum psalmum praebetur tardanti dilatio, [9]ita dumtaxat, ut, antequam finito eodem psalmo fratres in oratione procumbant, [10]semetipsum congregationi inserere adque admiscere festinet, [11]eidem pro|cul dubio increpationi ac paenitentiae quam f° 67
praediximus subiciendus, [12]si ultra praestitam dilationis horam uel modicum retardarit.

[XXXVI] Quod ad consonitum pulsantis nihil operis praeponi debet studio celeriter adcurrendi

RE̅SP̅

[1]Itaque considentes intra cubilia sua, aut operi aut meditationi studium pariter inpendentes, [2]cum sonitum pulsantis audierint ad orationem scilicet eos seu ad opus aliquod

---

3 pro *bis scr.* **4** sumissa | paenitentiam **6** postresoras | secura **8** praeuetur **9** praecumbant **10** adquem **12** praestita

XXXVI tit. celerit | rs̄p

1 meditationis

---

2 audet **3** post *deest* **6** sollemnitate **12** praestitutam

XXXVI: ex Institutionibus Cassiani IIII 12; tit. ex Cap. Inst. IIII 12 tit. XII *praem.* | sonitum | pulsantis] ostium *add.* | praeponi debet] non omittant | occurrendi | resp *deest* **1** XII *praem.* | aut[1]] et | aut[2]] ac **2** pulsantis] ostium ac diuersorum cellulas percutientis *add.*

inuitantis, [3]certatim suis cubiculis unusquisque prorumpit, [4]ita ut his, qui opus scribtoris exercet, quam reppertus fuerit incoasse litteram finire non audeat, [5]sed in eodem puncto, quo ad aures eius sonitus pulsantis aduenerit, [6]summa uelocitate prosiliens, ne tantum quidem morae interponat, quantum coepti apicis consummet effigiem, [7]sed inperfectas litterae lineas derelinquens, non tam operis conpendia lucraue
f° 67v sectetur, quam oboe|dientiae uirtutem exsequi toto studio adque aemulatione festinet. [8]Quam non solum operi manuum seu lectioni uel silentio et quieti cellae, uerum etiam cunctis uirtutibus ita praeferunt, [9]ut huic iudicent omnia postponenda et uniuersa dispendia subire contempti sint, [10]dummodo hoc bonum in nullo uiolasse uideantur.

[XXXVII] De regulis diuersarum correptionum et emendatione uitiorum

[1]Si quis igitur gillonem fictilem, quem illi uaccalem nuncupant, casu aliquo fregerit, [2]non aliter neglegentiam suam quam publica diluet paenitentia, [3]cunctisque in synaxi fratribus congregatis tandiu prostratus in terram ueniam postulabit, donec orationum consummetur sollemnitas, [4]in-

---

2 inuitatis **5** quo ad] quod **6** cepti **7** lucrauescetur **8** manum | cumctis **9** posponenda **10** uideatur
XXXVII 1 quem] quae **2** neglegensiam **3** postratus | postulauit **4** impetraturus

---

3 suis] e suis | cubilibus **4** is **9** contenti
XXXVII: ex Institutionibus Cassiani IIII 16; tit. ex Cap. Inst. IIII 16 tit. XVI *praem.* | et emendatione uitiorum *desunt* **1** XVI *praem.* | baucalem

petraturus eam, cum iussus fuerit abbatis iudicio de solo surgere.

[5]Eodem modo satisfaciet, quisquis ⟨ad opus⟩ aliquod | accersitus uel ad congregationem solitam tardius occurrerit [6]aut si decantans psalmum uel modicum titubauerit, [7]similiter si superfluo, si durius, si contumacius responderit, [8]si neglegentius obsequia iniuncta conpleuerit, [9]si uel leuiter murmurauerit, [10]si lectionem operi uel oboedientiae praeferens officia statuta segnius fuerit exsecutus, [11]si dimissa synaxi non concitus ad cellam recurrere festinarit, [12]si cum aliquo uel ad modicum substiterit [13]uel si ad punctum temporis uspiam secesserit, [14]si alterius tenuerit manum, [15]si cum illo, qui cellae suae cohabitator non est, confabulari quantulumcumque praesumpserit, [16]si orauerit cum illo qui est ab oratione suspensus, [17]si parentum quempiam uel amicorum saecularium uiderit uel conlocutus eis sine suo fuerit seniore, [18]si epistulam cuiusque suscipere, si rescribere | sine suo abba temptauerit. [19]Hucusque et in huiusmodi ac similibus admissis procedit animaduersio spiritalis. f° 68 f° 68v

[20]Residua uero, quae aput nos indifferenter admissa a nobis quoque repraehensibilibus sustinentur, [21]id est aperta conuicia, manifesti contemptus, contradictiones tumidae, [22]libera et efrenata processio, familiaritas aput feminas, [23]irae, rixae, simultates et iurgia, [24]operis peculiaris praesumptio, filargyriae contagio, [25]affectus adque possessio rerum superfluarum, quae a ceteris fratribus non habentur, [26]extraordi-

---

5 ad opus *om.* **7** si[3] *sup. lin.* **8** iniuncta] in **10** signius **17** seniori **19** hucusque] huiusque **20** indifferentur **21** contemptus] contem *in fine lin.* tus

---

18 cuiuscumque | abbate | temptarit **20** reprehensibilius

naria ac furtiua refectio et his similia, [27]non illa increpatione qua diximus spiritali, sed uel plagis emendantur uel expulsione purgantur.

[XXXVIII] Quam inlicitum sit extra mensam benedictionis communem quidquam cibi potusque gustare

RESP

fº 69 | [1]Ante quam uel post quam legitimam communemque refectionem summa cautione seruatur, [2]ne extra mensam quidquam cibi paenitus ori suo quisquam indulgere praesumat, [3]ut incedentibus per hortos et pomaria cum passim blandeque per arbores poma pendentia non solum obiciant se pectoribus transeuntium, uerum etiam strata per terram conculcanda pedibus offerant, [4]adque ad colligendum parata facile ad consensum concupiscentiae inlicere ualeant intuentes [5]et opportunitate uel copia quamuis districtos adque abstinentissimos ad sui desiderium prouocare, [6]sacrilegium ducatur non modo quidquam ex his degustare, uerum etiam manu contingere, [7]absque eo, quod palam cunctis in commune reficientibus exhibetur, [8]ad percipiendum oeconomi dispensatione per fra-
fº 69v trum obsequia ministratur. |

XXXVIII tit. rs̄p
3 horto | pectoribus] peccatoribus **5** quamui **7** pallam

---

26 furtiua] cibi *add.*
XXXVIII: ex Institutionibus Cassiani IIII 18; tit. ex Cap. Inst. IIII 18 tit. XVIII *praem.* | benedictionis *deest* | potusue | resp *deest* **1** XVIII *praem.* **6** sacrilegum **8** ad] et ad | obsequia] publice *add.*

[XXXVIIII] De excommunicatione culparum

RESP DNS

[1]In omnibus supradictis si quis frater contumax aut superbus aut murmurans aut inoboediens frequenter extiterit, [2]et secundum diuinam praeceptionem semel et secundo uel tertio de quouis uitio monitus et correptus non emendauerit, [3]referatur hoc a praepositis abbati, [4]et secundum qualitatem uel meritum culpae perpenset, [5]et tali eum excommunicatione condemnet, ut sciat quia deum contemnit, [6]quomodo dignus est iudicari per contemptum maiori exhibitum, dicente ipso domino doctoribus nostris: *Qui uos audit, me audit, et qui uos spernit, me spernit.* [7]Quae excommunicatio talem habeat meritum.

[XL] Quomodo debeat frater excommunicatus tractari

RESP DNS

[1]Cum suggestum fuerit a praepositis abbati meritum in- fº 70
oboedientis, [2]iam non dicendi filii dei, | sed operarii daemonis,

---

XXXVIIII 2 cf. Mt 18, 15—16 **6** Lc 10, 16

XXXVIIII tit. dexcommunicatione | rsp
5 scommunitione **7** quaexcommunicatio
XL 2 operari *a. corr.*

XXXVIIII: ex Regula Magistri XII

tit. interrogatio discipulorum: XII *praem.* | resp] respondit dominus per magistrum **1** in] his *add.* | inoboediens] praepositis suis *add.* **4** et] qui praeest *add.*

XL: ex Regula Magistri XIII tit.—1; 3—5; 8—59; 63—65; 68—75

tit. interrogatio discipulorum: XIII *praem.* | resp dns] respondit dominus per magistrum **2** iam] iam non dicendi fratris sed heretici [legis] *praem.*

[3]qui dissipando sanctorum factis uelut quaedam scabies est procreata in grege, [4]conuocet eum abbas, praesentibus suis praepositis uel cetera congregatione circumstante; [5]talem contra se abbatis audiat uocem:

[6]«O misera anima, quod responsum datura es, quem per inoboedientiam cottidie inritas, cum accesseris adorare eum? [7]Quare sub dominio dei seruis potius diabolo? [8]Quid mentiris Christo alter Iudas? [9]Ille Iudas iniquitatis pretio iustitiam uendidit, tu christianum nomen laceras malis factis. [10]Ille Iudas per pacem falsam domino scandalum generauit, tu sub nomine sancti seruitii deo magis rebellis existis. [11]Ille Iudas falsus tradidit magistrum discipulus, tu sub nomine sancto magis diabolum sequeris christianus.

f° 70v [12]Astare enim tibi habet in iudicio nostra monitio uel | tuus spiritus, cui cum propria uoluntate repugnasti, ante tribunal tremendi iudicii, dicens domino: [13]„*Noluit intellegere, ut bene ageret.* [14]*Iniquitatem meditatus est, astitit omni uiae non bonae, malitiam autem non odiuit,* [15]sed magis *gloriatus est in* ea. *Potens fuit in iniquitate*“.

[16]Cum haec in iudicio audieris, post nostram, simul et ipsius tremendi iudicis audiens uocem dicentis tibi: [17]„*Tu* es

---

XL 7 cf. Mt 6, 24 **8** cf. Ps 80, 16 **9** cf. Act 1, 18 **10** cf. Mt 26, 49 **13—14** Ps 35, 4—5 **15** Ps 51, 3 **17—20** Ps 49, 17—20

---

3 scabies est] scabiest | graege **6** es] est **10** reuellis **11** magistru **12** propriam uoluntatem | repugnanste | iudicii *a. corr.* iudicis *p. corr.* **16** tremendī *pr. m. (?)*

---

3 dissipando] dissimilando **4** abba **5** talem] et interrogati ab abbate praepositi eius quid peccauerit uel quotiens monitus de ipso uitio non emendauerit respondeant quod eum accusant. quo audito uitio *praem.* | abbatis contra se *transp.* **6** es] deo *add.* **7** diabolo] mamonae **9** malis factis] malefactis **12** cum] carne per *add.* | propriam uoluntatem | domine **16** haec] accusatus *add.* | audieris] fueris | audiens] audies

qui *odisti disciplinam et proiecisti sermones meos post te.* [18]*Si uidebas furem, simul currebas cum eo, et cum adulteris portionem tuam ponebas.* [19]*Os tuum abundauit nequitia et lingua tua concinnauit dolum.* [20]*Sedens aduersus fratrem tuum detrahebas et ponebas scandalum.* [21]*Tota die iniustitiam cogitauit lingua tua. Sicut nouacula acuta fecisti dolum.* [22]*Dilexisti malitiam super benig|nitatem, iniquitatem ⟨magis quam loqui aequitatem⟩.* fº 71
[23]*Dilexisti omnia uerba praecipitationis in lingua dolosa.* [24]*Haec fecisti et tacui.* [25]*Extimasti iniquitatem, quod eram tibi similis. Arguam te et statuam illam contra faciem tuam,* [26]et *destruat te deus in finem et euellet te et emigrabit te de tabernaculo, et radicem tuam de terra uiuentium*".

[27]*Tunc* etiam et omnes *iusti* de gloria et iudicio *uidebunt* te, [28]cum ab eis fueris sequestratus ad sinistram inter hedos, [29]et *super* te *ridebunt* et ipsi, *dicentes*: [30]„*Ecce homo, qui non posuit deum adiutorium sibi, sed praeualuit in uanitate sua,* [31]et *non fuit timor domini ante oculos eius, quoniam dolose egit in conspectu* eius, [32]et *dixit* ut *insipiens in corde suo:* [33]*Non requiret deus.* [34]*Auertit faciem suam, ne uideat usque in finem.* [35]Et ignorauit quia *inimici*, qui *mentiuntur domino, erit tempus eorum in* poenam | *aeternam*". fº 71v

[36]Quid ad haec dicturus es deo? [37]Quas adferre ei habes miser *excusationes in peccatis*, cum tua te primo inpugnauerint mala et gehenna spectauerit ut incendat?»

21—23 Ps 51, 4—6 **24—25** Ps 49, 21 **26** Ps 51, 7 **27** Ps 51, 8 **28** cf. Mt 25, 33 **29** Ps 51, 8 **30** Ps 51, 9 **31** Ps 35, 2—3 **32** Ps 52, 1; cf. Ps 9, 32 **33** Ps 9, 34 **34** Ps 9, 32 **35** Ps 80, 16 **37** Ps 140, 4

---

19 abundat *a. corr.* **21** diei | iniustitia **22** magis *usque* aequitatem *om.* **23** pracipitationis **26** emigrauit **31** dolosae **35** paena aeterna **37** indendat *a. corr.*

---

25 existimasti **26** et[1]] ut | tabernaculo] tuo *add.* **27** de] sua *add.* | et[2]] in **30** adiutorem **31** domini] dei

[38]Post hanc increpantis uocem ante congregationem abbatis, statim erigi iubeatur ab oratorio, [39]communi mensae extraneus deputetur, [40]et cum inimicus dei designatur, non debet ex illa hora iam fratribus esse amicus. [41]Ideoque ab hac excommunicationis hora, solo posito et sequestrato ei aliquo labore propter otiositatem a praeposito suo consignetur. [42]In quo labore nullo fratrum coniungatur solacio, nullius eloquio consoletur. [43]Tacito omnium pertranseatur aspectu. Petenti benedictionem nullus respondeat: «deus». [44]Quidquid ei porrigitur, a nullo signetur. [45]Quidquid uero extra opus
f° 72 adsignatum peculiariter uel ultro effecerit, dis|pargatur. [46]Sit ubique solus et ei sua culpa solacium.

[47]Quod si forte propter leuitatem culpae non ei uoluerit abbas duplicare ieiunia, [48]si fratres sexta reficiunt, illi ad nonam horam de uno pulmento et panis cibarissimi fragmentum et aqua a praeposito pro misericordia porrigatur; [49]si inculpabiles fratres nona reficiunt, illius supradicta refectio protrahatur in uesperum, [50]ut sentiat quid ei malorum culpa contulit, quid per neglegentiam bonorum amisit.

[51]Si quis uero frater aut palam aut absconse cum eo fuerit aut locutus aut iunctus, communem cum eo excommunicationis contrahat poenam, [52]et ab omnibus et ipse reus ⟨sit⟩ et item in alio laboris opere ipse sequestretur, [53]et sit et ipse tam ab illo reo quam ⟨ab⟩ omnibus separatus et solutus,

---

43 cf. Ps 128, 8

---

38 congregatione **39** mensa **42** coniungantur | nullius] nullus **45** uel ultro] ueltro *a. corr.* **48** cibarissimi] cibaris simili *p. corr.* uibaris simili *a. corr. (?)* **49** si] nis **50** malorum] maiorum **51** absconsae | iunctus] iniunctus | paenam **52** sit *om.* **53** ab[2] *om.*

---

41 labore] laboris opere **45** dispargatur] uel dissipetur *add.* **46** sua] sola **48** praeposito] suo *add.* **49** nona] hora *add.* **51** cum[2]] statim cum **52** et item] atque | sequestretur] a praeposito suo *add.* **53** solutus] solus

et mox ab omnium et ipse alienus eloquio. [54]Nam non ad ueniam | maioris et ipse pertineat, nisi paenitentiae similis fº 72v satisfactio ab eis aequaliter fuerit operata, [55]illius propter quod extitit inoboediens in uitio uel peccato, [56]istius quod mercedem consolationis tribuit malorum artifici.

[57]Et non ipse ad indulgentiam maioris perueniat, nisi ante limen oratorii prostratus, lacrimali uoce, interuallo cessantium a psalmis horarum, deo et omnibus emendatione satisfecerit repromissa, [58]si tamen propter inmanitatem ponderis culpae citius uoluerit abbas ueniae consentire, [59]quod dictante domino sequens pagina demonstrabit.

[60]Excommunicati uero fratres, si ita superbi extiterint, ut in duritiam cordis perseuerantes in tertia die hora nona satisfacere abbati noluerint, [61]custoditi usque necem caedantur uirgis, [62]et si placuerit abbati, de monasterio expellantur, [63]quia talis uita necessarios non habet | corporales, fº 73 uel societas fratrum quos in anima superba possidet mors. [64]Nam merito ergo tales debent plagis mactati expelli, qui *esse cum Christo* humilitatis domino non merentur, [65]sed sint a perpetuis promissis dei cum auctore suo diabolo separati, qui de caelorum regnis propter superbiam suam deiectus est.

[66]Ergo ad superiorem excommunicationum uel satisfactionis sensum, ut coepimus, consequamur. [67]Huius paenitentiae modum ac satisfactionem deum et abbatem credimus acceptare.

---

64 Phil 1, 23 **65** cf. Apc 12, 7—10

---

54 fuerat *p. corr.* **57** orarum **58** citius] citis | uenię **59** demonstrauit **60** etcommunicati | superui *a. corr.* **61** cutodi | cedantur **63** corporalis **64** debeant | esse] se | domino] dominio **65** promissi *a. corr.* promisis *p. corr.* | superbia sua **67** satisfactione

---

56 *post* artifici *tres vv. add.* **59** *post* demonstrabit *duos vv. add.* **60** duritiam] superbia **61** usque] ad *add.* **65** deiectus] proiectus **66** consequamur] prosequamur **67** huius] ergo huius

[XLI] Si oportet eum qui de societate commune, hoc est de congregatione, discesserit, semotum esse et solum, an uero cum fratribus, qui sibi nihil uindicant, sed omnia communia habent, uitam suam sociare?

RESP

[1]In multis utile esse uideo uitam communem ducere cum
f° 73v his qui eiusdem uoluntatis sunt ac propositi. |
[2]Primum, quod etiam ad usus corporales uictusque ministerium unusquisque nostrum solus sibi non sufficit, [3]et ideo pro his quae ad ministerium uitae nostrae necessaria sunt, inuicem opera nostra egemus. [4]Sicut enim pes hominis in alio quidem suis uiribus utitur, [5]in alio uero indiget alienos, [6]et sine adiumento ceterorum membrorum nec explere opus suum, nec sufficere suis usibus potest; [7]ita etiam uita solitaria mihi pati uidetur, [8]cum neque quod ei inest utile esse, neque possit adquiri quod deest. [9]Propter hoc autem ne ratione quidem caritatis unumquemque permittit quod suum est quaerere, [10]dicente apostolo: *Caritas non quaerit quae sua sunt.*

[11]Deinde, sed ne culpas quidem suas unusquisque ac
f° 74 uitia facile dinoscit, [12]cum qui arguat nemo | sit, [13]et facile

---

XLI 4—6 cf. 1 Cor 12, 15—22 **10** 1 Cor 13, 5

XLI tit. rs̄p
2 etiam] et ait | uictusque] uictus uictus *in fine lin.* que **3** que **4** pes] per **6** nec[1]] ne

---

XLI: ex Regula Basilii, interrog. III
tit. interrogatio III. quia ostendit nobis sermo periculosum esse cum his qui mandata dei contemnunt uitam ducere nunc discere cupimus *praem.* | oporteat | de societate *usque* congregatione] ab huiuscemodi consortiis | qui sibi *usque* habent] eiusdem propositi et eiusdem animi | resp] responsio **2** primo **4** homini **5** alienis **9** nec ratio

huiusmodi homini accedere potest illud quod scribtum est:
14 *Uae soli, quia, si caeciderit, non est alius qui erigat eum.*
15 Sed et mandata a pluribus quidem facilius adimplentur;
ab uno uero, dum unum uidetur ⟨impleri, aliud inpeditur⟩.
16 Ut puta, quomodo solus quis uisitabit infirmum, aut quo-
modo suscipiet peregrinum? 17 Si uero omnes *corpus sumus*
Christi, singuli autem alterutrum membra, 18 per consonantiam
uelut in unius corporis conpagem in spiritu sancto aptari et
coniungi debemus ad inuicem. 19 Quod si unusquisque nostrum
solitariam eligat uitam, 20 scilicet non tali aliqua causa uel
ratione quae deo sit placita, uel quae ad communem ceterorum
pertineat dispensationem, 21 sed propriae uoluntati et pas-
sioni satisfaciens; 22 quomodo possumus discissi et diuisi ad-
implere et integram adsignare membrorum ad se inuicem
con|sonantiam? 23 Iste enim talis neque cum gaudentibus f° 74v
gaudet, neque cum flentibus flet. 24 Quoniam quidem separa-
tus et diuisus a ceteris nec cognoscere quidem necessitates
poterit proximorum.
25 Tunc deinde nec sufficere potes unus ad suscipienda
omnia dona spiritus sancti, 26 quia secundum uniuscuiusque
mensuram fidei et donorum spiritalium distributio celebratur:
27 quod id quod per partes unicuique distributum ⟨est⟩, rur-
sum tamquam membra ad aedificationem unius corporis
coeat et conspiret. 28 *Alii enim datur sermo sapientiae, alii*
sermo scientiae, 29 *alii fides, alii prophetia, alii gloria sanitatum,*

---

14 Ecl 4, 10 **17** Rm 12, 5 **23** cf. Rm 12, 15 **25—26** cf. Rm 12, 6 **27** *per — est*, cf. Act 4, 35 | *membra — corporis*, cf. Eph 4, 12 **28** 1 Cor 12, 8 **29** 1 Cor 12, 9—10

---

15 impleri aliud inpeditur *om.* **16** uisitauit **18** uelut] uel | coniugi **22** diuisi] uiuisic | integrum **23** gaudentibus] dentibus **27** partes unicuique] patres unique | est *om.* **29** prophetiae *a. corr.*

---

13 accidere **25** tunc] tum | potest **29** gloria] gratia

et cetera; [30]quae singula utique non tam pro se unusquisque quam pro aliis suscipit ab spiritu sancto. [31]Et ideo necesse est uniuscuiusque gratiam, quam susceperit ab spiritu sancto, in commune prode esse. [32]Accidit ergo ut his qui semotus
f° 75 ui|uit et separatus, unamquamcumque suscipiat gratiam et hanc ipsam inutilem faciat, [33]dum nihil per eam operatur sed defodit eam in semetipso. [34]Quod cuius et quanti sit periculi, nostis omnes qui diligitis euangelium. [35]Si autem ceteris communicat gratiam, perfruitur et ea ipsa proprie quam ipse suscepit, [36]et multiplicatur in eo, dum communicatur et ceteris, [37]et ipse nihilominus fruitur gratia reliquorum.

[38]Habeat autem et alia quam plurima bona communis uita ista sanctorum, quae non est nunc possibile omnia dinumerare. [39]Interim, ut diximus, ad conseruanda sancti spiritus dona conmodior est multo quam si degamus in solitudine, [40]sed et aduersus insidias inimici, quae extrinsecus inferuntur, multo cautior est et utilior societas plurimorum: [41]ut facilius suscitetur e somno, si qui forte obdormierit
f° 75v somnum | illum qui ducit ad mortem. [42]Sed et delinquenti delictum suum facilius apparebit, cum a pluribus uel arguitur uel notatur, [43]secundum quod et apostolus dixit: [44]*Sufficit ei qui huiusmodi est obiurgatio haec quae fuit a pluribus.* [45]Sed et in oratione non paruum emolumentum a plurimis nascitur cum consensu et unianimitate orantibus, [46]*ut ex multorum personis, per gratiam quae in nobis est,* deo *gratiae referantur.*

---

